



# Collectanea medica

<https://hdl.handle.net/1874/349118>

*Medic* C SCH. I. ♦

Quantum in Malum est, tantum venit aequum:  
Ipsa se interuenit in precepta Medici Observare  
non vult. *S. Hipp. tract. 12 in Leon.*

Dicitur a. nobis preschitatz, uno quod solum dicitur  
interit medicum, altero q secundum fecerit hostem,  
qui erat ante nris (mmpio morbis) *Taxolius*  
D' avaxkior Erva vs d'v' v' evoi. Gali in Epid.

Acvum recens.

Scripta varii arg.

N° 401

var 401 9

Ket. VII, pl. 2

N° 30

Hs.

7 E 30

Con. Booby, Ultrajectini.

ab. h. c. xxvi. Nonis May.

Optandum autem est ut sit gravis mens sana  
in sano corpore.

Sententia Hippol. Pars sanitatis velle sanari est.

Οὐκ ἐν τῷ πρῶτῳ τοῦ σώματος  
ἀλλ' ἐν τῷ ἐν τῷ μέτῳ.

Οὐδὲν ἀσθενὲς εἶναι, ἢ τῆς γενναίας, ἢ τῆς σαφούς,  
ἢ τῆς τῶν ἀσθενῶν ἰσχυρῶς, ἀλλ' ἢ τῆς ἰσχυρῶς.

C. Celsus. lib. 1.


morbi non eloquentia, sed  
aemulorum curantur.

ἐν μέτῳ ἢ ἀρετῇ.
































1.  
S: LUDWIG SCHNEIDER  
Prelectiones Medicae.

De MORBIS PECTORIS.

Inter ea, quae ad vitae conservationem in  
perfectis & sanguineis animalibus paravit  
Immortalis DEUS, nihil optabilius, nihil ma-  
gis necessarium, nihil magis artificium quam  
Respiratio; cuius fructu & operatione humana  
vita carere nequit, ne momento quodam tem-  
poris: Etenim ad temperandum, nutriendum,  
reficiendum vitalem calorem & spiritum,  
eiusque respurgandum Respiratio instituta est.  
Haec prima vita laus debetur, quae dum  
spirat vivit anima, dum vivit spirat.

Exstat solenne illud Divi Hippocratis in prognost.  
Vehera & facilis respiratio, in omnibus morbis  
acutis, maximum ad salutem, vel perniciem  
habet momentum. Itaque respirationi dicata  
membra, summa cura ab injurijs defendenda,  
& conservanda sunt Medico; cui hoc, quoad  
humanam ulla prudentia fieri potest, inter prae-  
cipua incumbit.

Partes Respirationi dicatae variae sunt. Cor  
princeps fons, & Respirationis auctor, primum  
vivens & ultimum moriens, Aristot. dictum  
est; scaturigo caloris nativi, & vivifici illius  
motus: quod ut Respirationem institueret, na-  
turam necessitate quadam coegit. Huic autem  
visceri inter corporis nobili tria organa sive  
instrumenta data sunt, quae eam actionem ex-  
plere possint, quaeque pro officio quo funguntur,  
varia nomina sortita sunt; Sunt enim Dedu-  
centia, Excipientia, Moventia.

Deducentia, Instrumenta, quae Respirationem deducunt, sunt  
Apera, arteria, larynx, & os operculum.

Excipientia, Excipientia & preparantia organa sunt, Pul-  
mones, Spiritus & aeris ergastrium & officina,  
quasi folles ad refrigerandum Cor parati.

Instru-

Respirationis  
utilitas,

Organa  
princeps,

3. Accutissis Antonici probant primum visceris  
esse hepatis, quia primum necessarium est.



Instrumētum movens, est Thorax varijs mō<sup>2</sup> movens.  
sētilis agitatūs.

Cor tētilis omnibūs, & mortiferis spicūlis, quibūs  
alia partes, est expositū: peculiāres tamē ejūs  
affectūs sūt Syncope, Lepotymia, Palpitatio, &  
febris; (febris vero praecipuē.)

Pulmonū autē affectūs sūt aut Similares, Pulmonū  
aut Organici, aut Commūnes. affectūs.

Similares sūt omnis intemperies, Simplex  
sive composita, sive hūmoralis. Similares,

Organici pulmonū affectūs sē morbi sūt, Organici,  
quī peccant vel in capitate vel in magnitudine.

In capitate affectūs, sūt obstructions a cras-  
si & viscidis hūmoribūs vasa infarcentibūs in-  
ducta, quales sūt Asthmata, Dyspnoea, &  
Orthopnoea. In capitate.

In magnitudine morbi Pulmonū, aut sūt  
ex calore, ut: Tumores calidi, Phlegmonē, Erys-  
ipelas, & Peripneumonia, vel ex frigore, ut  
Cruda pulmonū tubercula. Atq; haec quādam de  
magnitudine auctā. In magnitud.  
aucta.

In diminutā vero magnitudine est propria pul-  
monū substantia alteratio, & corruptio sē  
consumptio, ut in Tabes. diminuta.

Commūnis pulmonū affectūs est Solutio cō-  
tinuitatis, vlcūs vasorū, Sanguinis spūm, & etiam  
Tabes. Commūnes.

Sedūcentiā vero organorū affectūs sūt  
obstructions, hūc Angina. Deūc. organ.  
affectūs.

Commūne pulmonū Symptonia est Tāsis.  
Thorax autē movens organū, pro partium  
diversitate diversos patitur morbos.

In Thoraco autē dūo spectanda sūt,  
ejūs partes, & ejūs cavitas.

Partes Thoracis variā sūt, Sigilū, Dia-  
phragma, Costae, vertebrae, Sternum, Mūsculi &  
interior membrana Pleura, hūc Pleuritis ve-  
ra, quemadmodū interiorū mūsculorū  
inflammatio spūriam facit.

Diaphragmatis mūscū affectūs varij sūt, &  
cū alijs partibūs commūnes, sed peculiāris  
tamē ejūs est inflammatio, quā Delirium  
& Phre- Diaphragm.  
affectūs.

3. & Phrenitidem facit.

morbi in  
cavitate.

Caritas etiam suos morbos habet dum illa aut pituita, aut serosa tenui humore completur, quorum illius curatio sive collectionem Empyema, huius Hydropem Pulmonis vocant, qualem morbo obiit Basenvallius Regis Christianissimi apud Indios foederatos legatis.

ordo Methodi

Atque hi sunt affectus Pulmonum sive Pectoris praecipui, in quibus explicandis hunc ordinem, hanc methodum tenebo.

I. Etymologiam nominis aperiam, et quod homonymum observabitur, ne rudioribus imponat, distinguam.

II. Geniuam morbi definitionem, quoad ejus fieri poterit, dabo.

III. Singulas partes definitionis ex Graecorum et Arabum fontibus, usque pellucidissimis haustas, interstruam.

IV. Causas plerasque omnes Procatarticas, Antecedentes et Continuas explicabo.

V. Signa Diagnostica, Patognomonica, tum etiam Epigenomena et Epiphainomena, tandem Prognostica salutis et mortis patefaciam.

VI. Tandem curandi rationem enarrabo, et selecta tantum, ac hodie usitata remedia, nisi experientia comperta praescribam, et quidem ab Organis Deducentibus exordium sumam.

De morbis Organorum deducentium  
Respirationem.

De ANGINA.

Angina

Inter ea symptomata quae horribilia sunt, et non solum aegris, sed et Medicis, et adstantibus terrorem incutiunt, principem locum obtinet Strangulatio, quam Euraxius veteres appellaverunt.

non minor est  
quam Syncope,  
sive Apoplexia.

Huius affectus non minor est quam Apoplexia calamitas et acumen Synopses, ob eam igitur causam venerandis senex Hippocrit. hos tres affectus.



factus tanquam confratres & consocios, sect. 2  
Apb. 41. 42. 43. conjunctionem ponit. Ita enim apb.  
41 agit de Syncope. Qui saepe & vehementer ci-  
tra manifestam causam animo linguuntur, &  
deropente moriuntur. Apb. 42. de Apoplexia sic  
pronunciat. Apoplexiam vehementem nullo pro-  
fus modo, debilem vero agere curaveris. &  
Apb. 43. de Angina sic habet: Strangulati  
aut suffocati, nondum tamen mortui, ad se  
redeunt quibus circa os spuma apparet.

Graeci hunc affectum Στραγγύω vel  
Κορύζω, Latini Anginam vocant.

Graeci quidem ita nominant, quod hunc hoc  
affectum detenti strangulari & elaqueari vide-  
antur; hinc est quod quidam hanc indisposi-  
tionem Suspendium vocant. Vel Κορύζω  
dicunt, quod more stibundorum canum  
agri linguam exerant. Anginam Latini  
vocant, quod agrum angat.

Medici recentiores hoc modo Anginam  
definiunt. Angina est inflammatio laryngis  
& faucium, cum deglutendi & respirandi  
difficultate.

Apud Hipp. Angina denotat omnem affe-  
ctum cervicis & faucium, qui strangulatio-  
nis speciem refert.

Galen. lib. definit. med. definit Anginam,  
Affectum colli & faucium, qui agratum proso-  
catione angit.

### DIFFERENTIAE

Differentia hujus affectus ex summi Hipp.  
doctrina duplex est, & sumit a parte affecta  
& materia morbifica.

Pars affecta in Angina in genere est Cer-  
vix. Hujus praecipue partes sunt, Vertebrae,  
Φάρυγξ, & fauces, & Λάρυγξ.

Vertebrarum luxatio Anginam inducit com-  
pressionem laryngis & Oesophagi.

Φάρυγξ seu faucium Angina est ab in-  
flammatione faucium, & earum musculorum,  
cum ma-

etymon.

definitio.

Hipp.

Galen.

Differentia.

a parte  
affecta.

Pharyngis.

5.  
dúplex. cum majore deglutiendi quam respirandi difficul-  
tate. Hæc dúplex est, cum rubore conspicio,  
vel sine rubore. Rubor. a. dúplex sit, vel per  
metoptosin. x. decedentem humoris ab internis ad  
externa, vel p. Epigenesin. ejsdem repulsiõem  
ab externis ad interna: Illa salutaris, hæc  
letalis est.

In inflammationibus. a. faucium rubent Cer-  
vix, Fauces, Sternum, per communicationem  
músculorum communium.

Laryngis, Angina Laryngis et Gutturis est ab in-  
flammatione propriorum músculor: laryngis, q.  
sunt xiv: iv Cões, x propyl: et inter  
proprios v ab utroq; latere. Hæc Angina diffi-  
ciliorẽ habet respiracionem, quam degluti-  
tionem.

dúplex. Hæc autem Angina dúplex est, Præmignia  
quæ quarto vel quinto die necat: et Succeda-  
nea, quæ Angina Talcium sine signis vel cau-  
sis criticis evanescenti succedit, hæc illo ipso  
die homines jugulat.

a materia  
morbifica. Jam vero quod attinet ad differentiam, q.  
sumitur a materia morbifica; illa dúplex est,  
est enim Angina vel æstiva vel hiberna; Illa  
fit ab acro, tenui et bilioso humore, et solet ut  
plurimum esse interna, quia biliosus humor  
tenaciorẽ músculorum recessus potest pervicere.  
Altera hiberna fit a crassiore et frigidiore  
humore: et plerumq; est externa.

#### CAUSÆ.

causæ Causæ Anginae sãnt variae pro ejus spe-  
cierum diversitate.

- A vertebriis  
I. Cum a casu, icth, deflexione earum ligamen-  
ta laxantur, et intro laxantur, itaq; fauces et  
gula utriusq; introitus premunt et coarctantur.  
II. Cum interiores vertebrae músculi inflam-  
matione obsessi partes sibi vicinas introversum  
trahunt.  
III. Cum immodica siccitate membranarum et  
ligamentorum collum distenditur. De ea An-  
gina



ginā loquitur Hippoc. Sect. IV. apb. xxxv. dūm  
ita ait; Si ei, quē febris habet, citra illius  
timorem collū repente torquetur, ut vix de-  
glutire possit, letale est.

Ab inflammatione autem tam faucium son  
Pharyngis, tam Laryngis fit Angina duplex,  
Interna, Externa.

Externa ex percussione, vulnere, ictu, ex  
quibus dolor, a dolore fluxio. Ab insolatu etiam  
aliquando facti humores in Laryngem decidunt,  
et Anginam faciunt; quod etiam ambiens fri-  
gus aliquando per expressionem efficere potest.  
Sunt autem quedam, quae proprietate Angi-  
nam faciunt, ut quidam fungi, qui maligna  
qualitate strangulant.

Interna autem Angina causa sunt humo-  
res, vel calidi vel frigidi. Calidi, ut: sanguis,  
bilis. Frigidi, ut: Pittuita, raro Melancho-  
licus humor Angina causam dat.

Humores autem Anginam facientes, aut sunt  
sinceri, aut permixti et adulterati: atque hi  
iterum aut aliunde veniunt, ut a Plethora  
introversi, vel particulariter a cerebro per ju-  
gulares et proprios canales in palatum et  
fauces decumbunt: aut localem habent gene-  
rationem in vicinis partibus, quod raro contingit.

### SIGNA.

Signa Anginae alia sunt Communia, alia  
Diagnostica, alia Prognostica.

Diagnostica alia sunt Pathognomonica, alia  
Particularia.

Communia signa sunt haec.

I. In omni Angina, a quacunque causa ori-  
ginem habeat, strangulationis vicium et fixae  
sensus est.

II. In omni Angina adest difficultas spirandi  
interceptis vis spirabilibus, quod sit aut pro-  
patriae aut sympathicae.

III. Paulus Aegineta, lib. III. cap. xxvii. existimat  
omnes Anginosos esse Orthopnoeticos, v. erecto  
corpore

ab inflammat.  
Laryngis et  
Pharyngis,

Externa,

Interna.

Humorum  
differentia.

Signa

Diagnostica,

Communia.



7. corpore et erecta cervice cogi anhelantem tradere.  
IV. In omni Anginâ adest etiam difficultas deglutendi presso Oesophago vel primariò vel secundariò.

V. In omni Anginâ adest dolor Cervicis, qui fit vel a Phlegmonè, vel a solutionè continui.

Angina differe-  
ntia a  
Suffocatione;

Distinguitur Angina a Suffocatione Matricis hoc characterè. In Suffocatis enim strangulatio est fixata, et non fixa, citra ullum cervicis affectum; In Anginâ fixa est et continua.

Asthmate;

Differt Angina ab Asthmate et Peripneumonia, quod in his respiratio difficilis quidem fit, sed absq[ue] faucium et cervicis dolore.

Peripneumonia;

strangulat:  
aliam partem.

Postremo Galenus inter strangulationem cervicis, et eam quæ in affectu aliarum partium contingit hoc interesse vult, quod strangulatio in Anginâ repente, in alijs vero partibus sensim fiat.

Pathognom.

Existimaverunt Recentiores Pathognomonica signa Angina esse, ore aperto spizare, linguam exereare, maxillas tangerè, et inter naves loqui verum enim vero hæc Angina non sunt propria, sed tantum vehementis et insignis Angina, et ideo Pathognomonica vera dici non debent, nos itaq[ue] vera Pathognomonica exequimur.

Signa propria Angina, quæ causam habet a luxatione vertebrae, hæc sunt.

- I. Collum, quæ parte luxatur vertebra, cavitationis signum post se ostendit.
- II. Ejus contactu dolor persentitur.
- III. Egro et eum dolore inflectis collum.
- IV. Deglutitè vix possunt.
- V. Sermo per naves effertur.

VI. Si vero luxatio illa fiat a fluxione (vel laxata nimirum vertebra) sine febre est: sed si a Phlegmonè oriatur luxatio, febrem acutam eamq[ue] continuam perpetuo habet comitentem.

In Anginâ vero faucium et communium musculorum, quam Pharyngis vocant, signa Pathognomonica hæc sunt.

I. Adest.



I. Adest difficultas major deglutendi quam spi-  
randi, quae tanta interdum est, ut potus per  
nares resiliat.

II. Rubor quidam & tumor externis alias ma-  
gis, alias minus conspicuus est; affectis nimi-  
rum in masculis qui a Thyroide in Desopha-  
gum feruntur.

Signa autem Interioris Anginae, quam Laryn-  
gis vocant, sola respirandi difficultate, quae major  
est quam deglutendi, et strangulatione violenta  
sepe produnt. In hac Angina utque in faucibus,  
utque in ceruice rubor utque tumor conspicitur;  
non simul cum respiracione laeditur.

Utriusque Anginae quae fit ab inflammatione sive  
Laryngis, sive Pharyngis commune signum Pathe-  
gnomonium ponit Galenus, Pulsum tritico  
convulsivum et magnam, deinde parvum et  
varium, tandem cum mors in propinquo est,  
croturum et inaequalem.

Nunc agamus de illis signis Pathognomonis  
per quae cognosci possit ex quo humor Anginae  
suae habeat originem. Haec signa Anginae sive  
Sanguinea, sive Biliosa, sive Pituitosa colligi  
possunt ex cuiusque peculiari natura, tempera-  
mento, habitu, aetate, anni tempore, regione,  
victus ratione; atque etiam ex perceptis cuiusque  
humoris dominantis et peccantis signis, quae  
ex Pathologia facile est cognoscere.

In Angina sanguinea. I. Facies tota rubore  
& oculi perfunduntur. II. Lingua rubet.  
III. Sapor in ea dulcis est. IV. Tumor amplior.  
V. Sapor acerbior. VI. Pulsus mollior.

Pituitosa Anginae signa sunt. I. Inflammatio  
mitior. II. Respiratio facilior. III. Tumor  
laxior et magis sensibilis. IV. Omnia mitiora.

Si ex Bile Angina ortum habeat. I. Adest  
oris et lingua amara ob continuitatem inte-  
rioris tunicae. II. Major siccitas. III. Tumor  
lenior. IV. Lingua flavescentis. V. Spiritus  
parvus. VI. Pulsus durus.

Atque haec sunt signa Diagnostica et Pathog-  
nomica

Interioris  
sive Laryngis.

Commune  
Laryngis et  
Pharyngis.

Humoris.

Sanguis.

Pituitosus.

Biliosus.



monica, quæ in universam Angina-Idem  
& speciem denotant.

Restant adhuc duo signa Epigonomena, &  
Epiphanomena.

Epigonomena. Epigonomena non omnis Angina cuiuslibet spe-  
cies propria sunt, sed tantum insignis & vehemen-  
tioris, & ideo non Anginam simpliciter, sed ejus  
magnitudinem denotant, talia sunt.

I. Exerti & prominentes oculi, quos Emisittos  
vocat Plautus. Aul. 1. 1. & c.

II. Maxillarum inflatio.

III. Pulmonum astis, 7 signa sunt vehementioris  
Anginae.

IV. His addo Cephalalgiam, quæ evenit per oppres-  
sionem tunicæ in jugulares & Carotidas arte-  
rias & venas, quæ ab inferioribus partibus ad  
caput repunt.

V. Addo etiam Hypochondry dolores & curvum,  
& involuntariam infirmamq; facis albina excre-  
tionem, quæ fit a forti Laryngis obstructione,  
unde fulvidus vapor non inveniens liberam  
exitum diaphragma & per consequens misch-  
los abdominis comprimit. Hæc si appareant  
in propinquo mors est.

Epiphanom: Epiphanomena Anginae signa ex propria  
ejus excretionē muticuda sunt.

Excretio  
Anginae. Propria autem Anginae excretio, est Spûti  
excreatio. Inter Anginosos ait Hippocr. qui  
cocta cito nox expiunt, illi malo loco sunt, &  
alibi Ex Angina, subarida, cybra, dolorifica  
spûta, mortifera. Arguunt enim. I. Jugularem  
ardorem. II. Materiam contumaciam. III. periculum  
afflicti. IV. Irutam provocationem.

Prognostica  
vertebrae: Licet ex Epigonomenis et Epiphanomenis  
signis jam commemoratis, quædam Prognostica  
facile liceat colligere, 7 magnitudinem, notum,  
& morbi morem significant, nos tamen et alia  
quædam addemus: & primo quidem Angina, quæ  
a luxatione Vertebrae fit, hoc esse Prognosticum  
ex Hipp. 2. Epidem. Angina a luxatione ver-  
tebrarum Superiorum letalis: A luxatione  
vero



vero vertebularum inferiorum, si ea luxatio est  
ab inflammatione, etiam letalis est; si a  
flexione, minus periculosa. Et Hippoc. asserit  
neminem se vidisse, qui ex ea perierit.

Angina vero ab inflammatione sive sa-  
ryngis sive Pharyngis hae sunt prognostica  
signa.

I. Angina, quae nec in faucibus, nec in cervice  
conspiciunt quid exhibent, sed sortem stran-  
gulatiouem, et respirandi difficultatem infe-  
runt, eo ipso die vel certo tertio suffocant.

Form. lib. 7. Part. cap. 12. vidit intra xviii horas  
constante modo, et integris sensibus expirasse.

II. Quae Angina ista sunt dolorifica, sed intus  
molestant, et dolorem faucibus inferunt; pituito-  
se quidem sunt, hoc est, minores cum periculo,  
sed longiores.

III. Quibus Uva, Falces, Cervix, Gestus videntur  
in illis Anginae longiores sunt; nisi humores in-  
tra recurrant.

IV. Anginae humores clam evanescentes, et do-  
lores sine causa sedati mortiferi.

V. Anginam ab intro foras verti, bonum;  
contra letale hoc cognoscitur, si peccus magis  
opprimatur, et ager difficultatis spiraret.

VI. et postremo Quibus Angina ad Phlomonem fer-  
tur, alij quidem VII diebus intereunt, si vera  
res evadunt, parvalenti fiunt. ut St. aph. 3. l. v.

### CURATIO.

Nunc maute animo, ad curationem Affectionis  
morbi accedamus.

Angina, quoadmodum acutissimus est affectus,  
tenacissimam Diatam exoptulat. Si itaque vixis  
videbuntur ferre postea (tenacissimam) Tribus pri-  
mis diebus in diem impera.

Potus tamen ratione Febris non est deni-  
gandus ex Aq. Saccharata paululum egelida;  
Aq. hordei; vel Cerevisia nostra tenui. ite-  
dem Saccharatis; vel ex Aq. nulla, et vil-  
gari Phisana; vel etiam ex Julepo Alexandrina  
qui conficitur ex Aq. Rosacea cum Saccharo  
in Symplo.

10.

Prognostica  
Laryng. et  
Pharyngis.  
I.

II.

III.

IV.

V.

Curatio.

Diatam  
tenacissimam.

Potus quis.



Aqua sola simpliciter est interius, cum nihil singulariter in illa  
 Quamvis a. ex. aqua pota quam singulariter est, quia ali-  
 mentum dicitur, facillime, u. a. p. per se mittit. Est  
 hinc sollicitudo. Sympliciter uti dicitur. Sic in  
 vino quodam simpliciter illa potio, utinam utinam sola  
 autem. Aquam dicitur esse potio, dicitur hinc est utinam  
 aquam dicitur: que inquit Mart. i. Epist. 97. ad CAUDONEM,  
 continentem utinam aquam utinam. Nihil in  
 Non dicitur ut inquit. utinam. utinam.

Lact. Demacelligen ad melleos de' vitary brevo casto melleo et  
anilibus nouentibus pault melleolis plus optimo indolito.  
Aliam, melleo Cere Libra ℞. diu mixturā legenda.

¶ Item si nutritio postea excrementum quam  
I. q non sit corpus simile nutritio. Q. si qd' nutritio  
partes solidas coepos, et tunc sicut solitudo alimunt  
negs sumos, q humidis et ligdis, sed spiritus  
siq' non manent cognos. Haller in XI app. II. 10.

II. q eius nulla esse excrementa excrementa, cum  
non apponant, q nigrotatis.

III. q non assimulatur in ventriculo nutritio  
primam organum. Q. si qd' in solidiorib. nigri,  
a certu sic.

¶ Item videtur vapores carnis nigri de' nutritio  
cum ad nutritioem vegetabilium. et constant. et elen  
q m. nro' nutritioem qd' d' nutritioem nutritioem nutritioem  
siq' de aqua qd' nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem  
et nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem  
nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem  
nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem  
nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem nutritioem

in Syrupum cocta, et idcirco liquori admixta,  
ut Aq. Hordei, Aq. Stillat. Quam. Cicbor.  
Borag. ad singulas ℥b. liquore singula ℥ss  
Syrupi. Vel potest nobis familiaris  
Julepis parari hoc vulgari modo.

℞ Rad. Graminis,  
Acetosa, et  
Asparagi. an ℥ss.  
S. Tr. Frigid. major. et  
S. Anisi. an ℥ss.  
Capill. Veneris. ℞j.  
Cicer. rub. parum confusor. Pulv.

sint omnium decoctio in ℥℥ Aq. ad  
℥b. consumptionem. In colativas pista Vina-  
ria, (q̄ sicut circiter ℥℥) dissolve Syr. de  
succo Citri: vel (si istius adstrictionem me-  
tūas) Syr. violati ℥ss. Ol. sulphuris parum,  
℥i. Julepis.

Cibi qui  
evitandi.

Cibi qualitate hūmidi sint, consistentia li-  
quidi; quales sunt, jussula carnis vervecina;  
medulla panni dilleis exquisitè cocti; jils pū-  
norū; lac acidum cum acidis panis coctum,  
addendo aliquid Sacchari; vāgaris nostra cer-  
visia tenuis cum panis et Saccharo ebullita;  
et similia. Melius tamen ad huc est si predicta  
jussula, Acetosa, Eudoria, Lactuca violaria,  
Radiceb. Cicborij alterent.

vitandi.

Viscida, vā, vaporosa, calida, aromatica,  
pipata, etata, quæ fluxionis movent, et caput  
vaporibus replent, vitanda sunt. Vino  
etiam interdiciendum.

Quodsi liquida non possit deglutire ager,  
et ingestionem musculorum Pharyngis sive Oesophagi  
inflammationem; tūm quantum possibile  
est, vapore carnis vel vini reficiendi sunt equi  
spiritus. Clysteres etiam nutritivos injiciendi  
sunt, q̄ quomvis non verè, siccata tamen  
nutritione sustinent. Cuius exemplar  
tale erit.

℞ Rad.



24 Rad. Cichorii ꝑss.

Fol. Malva

Acof. se

Lactuca

Baraginis

Buglossi an. M. j.

S. Tr. Frigidior. uxor. an. ꝑss.

S. Anisi ꝑj.

coquid in fuscule pelli, in colatura ꝑss.  
dissolve vitelli Ovi N. 1. Sacchari rubri ꝑss.  
misc. ft. Clyster. Sic etiam possunt  
injici calida Amygdalata; Lac recubiter  
melleum cum saccharo, cui immisceri potest  
aliquo vini Germani. Sic etiam sicuti jus  
Euphorbii, Pordicam cum vitellis Ovi. & tan-  
tillo Cinamoni. Quae infecta aliquo modo nu-  
trivis possunt, quatenus vena mesenterica alimen-  
tum id ad se rapit, aut saltem possunt vapo-  
re benigno scitabo tantisper vesicare, donec  
rupto Apostemate, & aperto glutine perfecta ite-  
rum nutritio fieri potest.

Sed cavendum antequam ad illa accedamus  
debet Clysterem exlongiorum (v. lenientem &  
sacces educentem) praecedere, qui pilores sacces  
emolliat & educat. Talis est paradigma.

24. Decoctum praecedentis Clysteris, cui  
addere poteris inter coquendum.

Flor. Camomilla  
Melleoli. an. M. j.

In colatura ꝑss. dissolve DiacatSol. ꝑj.  
Ol. Violati. & mellis Mercurialis. an. ꝑss.  
misc. ft. Clyster.

Si acriorem velis Clysterem, morbo acutissimo  
sic ferente, loco DiacatSol. pone Diaphanic. ꝑj.  
Incoqui etiam potest cum decocto ꝑj. vel ꝑij.  
Fol. Senae.

Porro liberam ducat aërem aeger, neq; tamen  
nimis frigidum, ne comprimatur ductus; si-  
giat etiam siccum ardorem, ne sua cum  
spiritibus & calore retrahantur humores.

PHLEBOTOMIA.

Angina autem, quae ab inflammatione fit,  
ut Phlegma.

12. Clyster  
nutritus.

Cautio.

Clyster  
sacces educens.

Clyster  
acrier.

Aut quatis.

Phlebotomia.  
praetantiss. &  
genitissimiss. &  
melliss. vnat. vna  
potionis. Cal. intus  
1740. c. 13.

Phlogmonar: curatio dupl.

ut Phlogmonarum omnium dua sunt curandi rationes, angustia & laeva. Prior antecedentis causa, qua fluit, rationem habet; posterior conjuncta qua fluit.

Causa antecedentis.

Antecedens causa, ut jam dictum est, est sanguis aut Bilis peccans vel quantitate, vel qualitate, vel motu.

Quantitas depellenda: Qualitas alteranda: Motus inhibendus & coercendus.

Vacuantia antecedentem causam sunt Phlebotomia & Purgatio.

Phlebotomia,

Phlebotomia duplex; aut Universalis aut Particularis.

Universalis,

Universalis seducta prius per Clysterem alvo in omni angustia statim & in initio morbi celebranda est, non ad Synopem, nec ad Epotymiam (ut quidam volunt) alioqui enim, ut ait Aetius, suffocaretur ager, sed magna tamen pro eo nata, est sanguinis copia extrahenda, & praesertim si plethoricum sit corpus.

Cephalica,

Itaqz venam humerariam sive Cephalicam qua jugularibus ahae fauces & guttae ramos accipiunt, proxima est, exemplo secabimus, & liberali manu pro corporis conditione, & morbi violentia aliquot uncias extrahemus.

bis terve repetita.

Quod si prima vice non fuerit, paullo post iterum fiat in altero brachio. Imo utrumqz ter una die extraxisse sanguinem per reiteratas vias, cum bono successu.

Alexander Trallianus (lib. iv. cap. 7.) Anginose ex utroqz abito sanguinem emisit, et eodem illo die Catharticum exhibuit, et certo victo, nihil enim hic est ductandum, et, ut ait divus Seneca (lat. v. ars. 6.) Extremis morbis extrema remedia adhibenda sunt. Itqz haec etiam est ratio, cur idem Trallianus. ad. dicat sese summo manu secuisse venam in, et in dilecto manu secuisse Symploglittidas, et vesperi Dacrydium ex succo Phisanae exhibuisse.

Haec itaqz phlebotomia universalis remotivam causam antecedentem vacuat, quam vel eadem

Arbitrio subvertant, qui illud sanguinem compendiosum et praecipue adhaerentem in principio requirit.

Mox duo missio quibus laetitia erit, ut vasculi sanguinis (q. ta morbi etc.) liberetis exilis, et non periculis tantum stimulis suis portis.



eandem illa hora, vel etiam eodem die, vel postmodum sequi debet phlebotomia particularis, quia constantem antecedentem proximiorum, magis circa partem affectam sitam, edocuit. Epistumodi vena sectio est, quia fit ex una vel duabus venis Epiglottidibus sub lingua; quae tamen nunquam sunt secanda nisi praemisit priore et uniuersali vena-sectione ex brachio. Memini ex Zelandia quendam ex vico Brulwerstgades me olim consuluisse, qui, ut memorabat interpres, hac phlebotomia particulari primo impetu administrata, mitis evaserat.

Secant quidam in extremo malo jugulares venas externas; quae si non appareant, hypoglotidas, vel narium venas, vel frontis secare potes: sed hypoglotidas secare, in frequentissimo usu est; quae iuxta collo circumducto, et parvam circumducto in propehulum sese dant.

Ad hanc etiam particularem evacuationem pertinent cucurbitulae etiam iterato nucis et scapulis adnotae (scapulis prius, tum nucis) cum multa flamma et profunda scarificatione, ita ut ex cute etiam largiter sanguis extrahatur. Aetiis etiam linguam, si ea tumefacta pronineat, scarificat. Est apud Joh. Seboghiam cap. de Angina, egregia historia de quodam Scholastico Graeco, qui cum una nocte in Anginam acutissimam incidisset, cum maximo tumore lingua, ita ut subito loquendi facultas ipsi adimeretur, cum existimaret periculum esse in mora, praesente animo linguam acuto cithello decussatim incidit, et post effluxum copiosi sanguinis loquelam recuperavit, facile postea adhibitis paucis idoneis remedijs curatus.

#### PURGATIO.

Interim tamen purgatio nullo modo negligenda est; quidam existimant hanc ipsam mitioribus catharticis esse exsolvendam, quemadmodum Mannam, Tamarindis, Cassia, Syriacis violatis

19. Particularis.

Epiglottidas  
etc.

Jugularium.

Cucurbitulae.

Purgantium

non mitioribus.



36 violatio solutio, Syr. Ros. solutio: Non autem  
Diagnositis, illis enim non putant in morbo  
necessario esse utendum. Sed ego tamen,  
quod pace illorum dixerim, cum Clavis. v.  
Iohberto existimarem hanc henedicta pur-  
gantia, ut vocat Mesues, in tam celeri  
morbo, in quo his peccant non datur, nisi  
adeo non convenire, praecepte si fitilia inter  
causas mortificas mixta videntur.

si periculum

Itaque melius parillomittis exhibere  
vehementiora, quam pauca quantitate mil-  
tam agant. Ego nemini nec bene cum sic-  
cessu in ipso principio, imo ante praemissam  
psebotomiam (praemissa tamen, si temporis  
commoditas ferret, acriore Clyster) tale  
medicamentum praescripsisse. ʒ. Extracti  
Catsol. gr. ʒij. Dissolve in paucula quan-  
titate Aq. Botonica, lento pistillo morando,  
ut liquoris tantum sit ʒij, vel ʒijss.  
quibus addo Syr. de Violis ʒij. Misce, et  
si minima portio exhibeatur manu, vel etiam  
vesperi, si ita res ferat. Si bilis originem vi-  
dentur morbo dedisse, loco Extracti Catsol.  
potest in usum trahi Extractum Rhei sive  
Rhabarbari, sed majore quantitate.

si non possit  
deglutire

Si autem eo res detulerit, ut iam sit  
intercepta deglutitio: Potentis vicem debent  
suppleri acres Clysteres, quibus in summa ne-  
cessitate addet addere Aetius Sal Gemma,  
& Syeram Diacolecutibis.

Clyster: ac.

Qualit: alte-  
randa.

Hisce itaque remedijs quantitas humoris  
silentis evacuabitur; Sed restat etiam alte-  
randa qualitas Inulepis, Syrupis, Decoctis,  
de quibus dictum est.

notis re-  
pellendis,

sistendis,

repellendis.

Notis autem silentis humoris revollen-  
dis, sistendis, repellendis. Revellens fectioni-  
bus, ligaturis, cucurbitulis. Sistetur si a  
cerebro fluat, Cataplasmatibus, Emplastis  
repellentibus, & incrasmentibus siccipiti ad-  
motis. Revellitur humoris fluxus gargari-  
smatis.

Smatis.

Causa confuncta autem, quae inflammacionem parit, non potest nisi in Topiis auferri.

Topica varia sunt, & esse debent pro varijs inflammationis temporibus: In Principio sunt repellentia, in augmento, & statu miscantur resolventia, in declinatione sola resolventia locum habent.

Repellentia autem topica parti affectae admodum nunquam sunt, fieret enim catione major organorum vocalium & deglutitionis interceptio, & suffocationis periculum ager incurreret.

Obiciat forte aliquis Hepati, Ventriculo, Cerebro inflammatis repellentia topica exterius adhiberi, & cur non gutturi parti ignobiliori. R. Partibus istis inflammatis non posto Medicinam alio loco remedia repellentia adhibere. In hoc a. casu ab interno remedio fieri potest, quod exterium noxam adferret.

Sunt igitur interna repellentia, ut potissimum Gargarismata. Ad quorum compositionem Galenus potissimum utitur Succo Mororum, qui cum Saccaro in Sympum coctus est, & Diamorum vocatur. Hoc Diamorum vel etiam Dianicum, vel etiam Succus Gnatorum miscetur cum Oxycrato, vel Aqua Hordei, vel Aq. Plantaginis, & ex his Gargarisma conficitur. Vel tale conficiatur repellens Gargarisma.

℞ Fol: Capisoly & Plantaginis an. Mj.

℞: Portulacae  
Acetosae Santalor:  
verbasci ℞. ℞j.

Rosar: rubr: &  
Balanstror: an. ℞B.

Coque in Aq. purissima s.a. In colatura  
℞. ℞. Dissolve Diamorum. & Dianicum  
an. ℞j℞. Misco, & fiat Gargarisma.

Vel

16

Causa con-  
iuncta auferri

in Topiis

repellentib.

resolventib.

repellentib.  
non exterius  
utendum.

Obiect.

R.

sed internis.

Gargarisma  
repellens.



16a

In relation to 2B. v. *piati* *Batavia*.

De Carinon. Strenis Gal. d. l. adeo quoniam laudat, ut melle  
fortiter agros, atque in Angria, atque in Anglia  
inflammationibus, Struicet et Galien. lib. III. cap. XXXI  
Idem quod Galien. de simpl. med. facit. Carinonem  
strenis, ubi ossa comeditur ad Angriam et Dysstroniam et  
vulnura maligna. — et de simpl. med. fac. cap. XXXI  
similiter medicamentis antisyphiliticis.

— Tactus eandem affecti condavi ad hunc famam evulsiati  
ossa vitata cogats, Tum struicet, habebis, et album graecum  
voco.

Nidos Hirundinum in hunc Cataplasma. et probat  
Iovada in Pascha. met. med. lib. I. cap. XXXI. quod hinc  
in eo sit struicet dignus, sit tamen terra resplens.  
Sic in hunc. lib. 2. cap. 1. in hunc. veritas est hanc vim  
(resplens et amabili) habere vim, et nitum.

R. a. quod si hanc et nitum et quoniam eam vim habet  
et struicet quod adeo veritas esse, quod in melle esse,  
et hinc temperatum qui agrippollet.  
Lana ex collo ovis. Fides facit strenis gallinar, quod hinc  
tam tunc hanc vim hanc struicet hanc.



Vel simpliciter ex Aq. Hordei, Plantaginis, Aq. pccalli Resarum, Sicc: Granator. & Diamora Simul mixtis fiat Gargarisma. Atq; etiam ut demulceatur inflammatio, sumat aliquando agar coactar Symplici de Violis, vel de Papaver. sensim deglutendo.

EXTERNA REMEDIA.

Remedia externa.

Externis vero cervici sub mento adhibenda sunt resolventia & attractiva; Quales sunt Fotus, Cataplasmata, & Lenimenta.

Fotus

Fotus resolventis & attractivis exemplar sic cito. Coquantur Folia Pulegij, Origani, Calamintha, Floris Camomoli, Meliloti & Stachados in Aqua, vel in lacte Vaccino, & cum spongis intinctis foveatur pars affecta calido.

Cataplas: veterum.

Quantum attinet ad Cataplasmata, Galen. in de compos. medicam. xala lones, commendat Cataplasma ex Canino Stercore, cum melle mixto sicut canino Stercori potest succedere Colambinum.

recentiorum.

Nos h's omisiss, agamus de praestantissimo licet vulgatissimo remedio, quod conficitur ex nido hircudinum, & lana succida insuccata Ol. Chamamelino, & Anethimo. Exemplar praestantissimum in tali casu, ex nido hircudinum sic confici potest. 2. Nidos hircudinum cum toto & cum styamine, luto, stercore, N. 4. Bulliant in Ol. Chamamelino, & filior. vel, si hoc agno nimis simplicissimum videatur filtratum, coque cum Lacte & Butyro. Deinde pista, & cola, & setaceo cribro trans mitte; Adde Stercoris canis ossa comidentis, quod Album Graecum vocant, 3. iii. Ol. filior. vel Butyri q. s. fiat pulvis in modum Cataplasmatum; & calido loco affecto applica.

Hodie apud nos & alias inolevit, ut loco nidi hircudinum eadem combustam pulverem sumantur, & cum melle miscantur & pro Cataplasmate applicentur. Postquam

Postquam autem de nido hirundinum egimus  
et de excellentia cataplasmatum ex eo con-  
fecti, sicutum est Aethoriz controversum  
an nido an vivo ipsarum hirundinum pul-  
veri hanc proprietatem equegra in Angina cu-  
randa adscribi debeat.

Sunt egregij ostenses & ceteri, qui illud  
nidi proprium esse dixerunt.

Sed non pauci doctissimi etiam vivi hi-  
rundes, tum etiam neoterici non nidi, sed  
ipsam hirundinem eam vim nactam esse  
volunt. Cor. enim Celsus, iv. iv. ita legitur,  
"Vulgo (ingit) audio, si quis pulvrem hirundinis ele-  
"rit, angina toto anno non periclitari, servatum  
"est enim ex sale, cum is morbus ardet, eddei,  
"carbonemque eius contribem in aquam amissam,  
"quia potius datur, infricari, et prodesse."

Inter Neotericos Hier. Mercurial. lib. ii. cap. v.  
"sua feculos. Sunt (ingit) apud Medicos in usa  
"aliqua remedia proprietate conferentia; Inter  
"qua hirundo est, essiccata, sale condita et  
"in pulverem postea redacta. Cellus et Scribon.  
"Largus, qui dixerunt hoc remedium esse vulgare,  
"magis laudibus et potentissimum, extollunt. Est  
"enim in consuetudine accipiendi huius pul. 3j.  
"vel ij, cum Sapa, vel melle aut Syr. Violato.  
"Pluribus. a. Practici male Veterum consilium  
"intelligentes existimant hanc vim adesse nido  
"hirundinis; sed veritas est hanc vim ha-  
"bere apem non nidum.

P. a. Ejuncta  
lib. vii. in littera X, Chelidones, v. hirundines non  
salc comburi vult, sed vivi, atq; ita in cine-  
rem redigi. Hec sunt ipsius verba. Si istae  
sint hirundines, eius illarum cum melle  
illitis inflammationes Anginosas sanat.

Andr. Laurent. verum praeparandi ita ponit.  
Potentissime (ait) et proprietate quadam re-  
solvit pulvis hirundinum, qui hodie paratur  
hac modo. Hirundines abscisse capite et  
effuso sanguine in vitratam ollam impendunt,  
et in furno tam diu morantur et coquantur,  
donec exsiccentur et in pulverem redigi possunt.

Hic pul.

Nidum hirund.  
probat in  
hoc malo:

Hirundinem  
ipsam sicut  
Veteres,

Quo tenore  
in Syr. Violato, &  
Alu. Sapa, cap. v.  
lib.  
Neoterici.

Sale comburi.

in uno ex tribus  
paribus ad unum  
docto. n. 3ij.

p. 703.  
Stup. istum.

quomodo  
optinet.



Hic pulvis per se & solus per tubum in fauces iudis & sufflatus, vel ad ℥j. cum Gargarismato diluatur.

℞: Valeriana lib. vi. Obsery. miris laudibus extollit illud Cataplasmata ex uiso Serruandinum confectum; quo trinitum leuoninis sentiebat ager, ut contumaciam eius in collo suo marum exposituaret. Sed quamvis uisum laudet, loquitur tamen etiam de cinere Serruandinum curmatum: quem uult non solum externis adhibendum uim eam habere, sed etiam a prohibere sit ad ℥j. pondus cum Glycyrrhizide commixturi intus exhiberi.

℞: Si haec tenus quidem de principio: Si uero res ad augmentum devenerit, repellentibus gargarismatis erant admiscenda leuon discentia.

Itaqz tum possunt misceri mel & pinguis Caria (quo pinguioris eo meliores). Vel tale Gargarisma. ʒ Summitatum Ribi,

Plantaginis, an Mj.

Glycyrrhizae rasa & cortice ℞β.

o. Uvarum passar. ab Auribus ex-corticatarum ℞β.

Caricaria partes concisissar. N.º vi.

Hordei ꝰ decorticati & partem contriti ℞j.

In colatura tñss. Dissolve Mellis Rosati, & Syr. Violati an ℞j. Misc., et fiat Gargarisma.

Si uero iam morbus sit in statu, tum solis discentiis attendendum est, & possunt misceri Dactyli, Sem. lini, Foenigraci, Fl. Chamomeli, & similia. Vel hac ratione mutari potest praecedens Gargarisma.

ʒ Hyssopi. Mj.

Calaminthae. Mβ.

Glycyrrhizae rasa. ℞β.

Carizarum. N.º vi.

Hordei integri ℞j.

Cognos. s. a. in colatura tñss. (q. par. u. nata, adgeri vel minui potest) Dissolve Mellis Rosati ℞jβ.

In aliquanto repellentibus admista diluatur.

ʒ. castorei sicca. Gargarisma copul. & diluatur.

ʒ. passulay a lactis libatur. vel. etiam. sp. formid.

Discentia.

Gargarisma discentis.

Al. Trull. IV. I. In statu potest et pectus Mentititia; in deliquatione uero ea ʒ ualentiis deputant.

20.  
Ejß. & Diamicum Eij. Fiat Gargarisma.  
Quo ager tam apta quam non apta co-  
mica uti potest. Nam vel resolvitur  
tumor, vel abit in suppurationem.

Si resolveri non potest tumor, adiuvanda  
est suppuratione tam externis quam internis  
remedijs.

Internis, ut praedicto Gargarisma, & con-  
similibus; quibus addi potest Radix Indis Fla-  
rentinae.

Externa debent esse mentha & concogentia,  
ut: E.g. Si Sem. Lini in pollinem reductum,  
& Fl. Chamomeli subtiliter pulverizatos cum  
melle & Al. Chamomeli commisceas, & illa  
mixtio, linteo vel corio indicta, collo exteri-  
us applicetur.

Postquam autem (prout in gutturo inspicendo  
potest colligi) ad suppurationem tumor deven-  
it, nec sua sponte rumpatur; tum aperitione  
artificiose est cronica, vel ferro, aut aliquibus  
vel crusta panis filo alligata, & subito re-  
tracta. Deinde prope caput rejecto  
puro oleo colligato Hydromelico: & tandem  
glutinetz miscendo Bolum Armenum cum  
melle Rosato; atque ita oleo cum Spongia por-  
osa (alligata extremitati rotunda bacilli, & sine con-  
fectioni immota) saepe tangendo: Vel etiam  
miscendo Gargarismati Trochiscos de Bolo Ar-  
mena, & saepe gargarisando.

Si autem inflammatio interna sit, &  
periculum manifesta strangulationis im-  
minet, multi suadent ad Laryngotomiam  
periculis esse. v. aperitionem Laryngis ex-  
ternam citius factam: ut nimirum ea ratione  
per illud foramen aerem necesse ager suffo-  
cationis periculum evadat.

Verum haec sunt cum summa circumspeti-  
one, & non nisi maxima urgente neces-  
sitate facienda.

Hec haec sunt q̄ de Angina dicenda. Sabia

Suppuratio  
adjuvanda.

Internis,

Externis  
remedijs.

Aperitio  
cronica.

Laryngotomia.

quod Alspicius  
distinguit in duas  
posuisti. v. Gal.  
libro 14. cap. 13.

Finit.



## De PLEURITIDE.

Pleuritis:

Pleuritis est acutissimus & frequentissimus affectus, qui a membrana Pleura, quam obidet, nomen invenit.

Etymon.

Dixi acutissimum, quia celeriter, vehementer, & continenter oneratur. Atque est tam actionis, quam vita carere nequit impedimento, tum dolos acerbitate plerumque calamitas.

Acutiss:Frequentiss:

Appellari autem frequentissimum triplici de causa. I. ob frequentem sanguinis calidissimi & astrantis in Thorace contenti copiam. II. ob frequentes e cerebre in Thoracem fluxiones. III. utique ob membranarum quae satis ampla sustinent vasa debilitatem.

Definitio.

Definitur Pleuritis a Galeno (q. de cr. p. s. c. d. & intro. sag. lib. medico cap. 12.) Inflammatio membranae quae costis subtenditur. Quae quidem voce legitima potissimum & vera Pleuritis comprehenditur: Nam aliqui per Pleuritidem etiam quemcumque lateris dolorem extra inflammationem auctores intelligerent. Sed proprius & necessario debet esse eius membrana inflammatio, quae quasi definitionis vocat in se complectitur: Nam pars affecta proprius est membrana sit. cuius sive ea primario sive secundario inflammatur.

Pars affecta.

Quidam existimant peccasse graviter Jacotium & Gondelium, quod locum affectum Pleuritidis non Pleuram sed Pleurosterni sternerint: Dicunt enim in Peristio tam esse cavales venas & tam paucas, ut inflammationi neque seges neque materia subministrari possit; In Pleura esse vasa magis grandia & frequentia. Sed Respondendum est inflammationem propriam sumptam in Peristium non cadere, sed posse abusu etiam inflammationem dici.

DIFFERENTIA.Differentia

Differentia Pleuritidis varia potuntur a quatuor fontibus. I. A parte affecta. II. Ab invasi-



Invasionis modo. III.<sup>o</sup> Ab Accidentibus proprijs  
sive excetis. Et IV.<sup>o</sup> A materia.

A parte affecta, quam obsidet inflamma-  
tio varia sumuntur Pleuritidis differentia.  
Quaedam enim inflat & distendit membranas,  
quaedam musculos.

Membrana autem costarum duplex, Interna  
& externa. Externa Pleura dicitur: In-  
terna Periostium. Ergo est quedam inflama-  
tio Pleurae membranae costas succingentis:  
quedam Periostij costis adherentis; quae tamen  
Periostij inflammatio inflammatio propria non  
dicitur. Quamvis Sol. Mercurius. Med. Hisp. c. vi  
l. ii. de curatione morbi interneri dicat etiam  
Rujus inflammationis magnam habendam  
esse rationem, nam ex inflammato costa-  
rum periostio dolorem oriri cognitum et cu-  
ratum usque adeo difficilem, ut laborantis salu-  
tem et gloriam Medici non raro perdat.

Membrana autem succingentis, nimirum Pleura,  
varia sunt partes: Superior, Inferior, Anterior,  
Posterior. Hinc IV oriuntur Pleuritidis differ-  
entiae. I.<sup>a</sup> Intercostalis, quae superiorum est co-  
starum. II.<sup>a</sup> Hypochondriaca, quae est inferiorum  
& spuriarum. III.<sup>a</sup> Mediastina, quae est sterni  
costis & intercipientium membranarum &  
Pleura duplicaturam costarum. Et tandem IV.<sup>a</sup>  
Thoracica sive dorsalis, quae omnium est pericu-  
losissima.

Quatuor autem haec Pleuritidis Species a  
quatuor venarum rivis, tanquam ab Aqua-  
ductibus derivantur. Pror Species ab interco-  
stali ramo. Secunda ab azygo. Tertia a  
mammaria. Quarta a venis Thoracicis.

Musculi autem Thoracis alij sunt inter-  
costales, alij intercostalibus superstrati:  
intercostales interni sunt vel externi. Hinc  
iterum varia Pleuritidis emergunt differentia.  
Alia enim inflammatio est internorum, alia  
externorum musculorum.

Aliquando etiam fit ut & alij musculi  
Thoracis inflammantur; atque hinc etiam  
alia

A parte  
affecta,

Pleurae alia

Periostij,

1. Intercostalis
2. Hypochondri-
3. Mediastina.
4. Thoracica.

Musculor:

internor:

externor:



Alia oriuntur Pleuritidis differentia. Alia enim dicuntur vera & exquisita; Alia spurcia & non exquisita

Pleuritis  
vera existit.  
- non existit.

Inflammati Pleura si sit primaria, vera et exquisita Pleuritis est. Inflammatio autem muscutorum internorum primaria, pleura vera secundaria, vera quidem est Pleuritis, sed non exquisita. Ad hoc ut de essentia vera Pleuritidis sit, membranam costis subtonsam inflammari, sive illud primario sive secundo fiat.

Spuria.

Inflammatio autem internorum muscutorum intercostalium remotiorum nota simpliciter & spurcia Pleuritis est. Reliquorum muscutorum magis remotorum magis spurcia.

Ab invasionis modo.  
primigenia.  
succidanea.  
Ab excubitis.

Ab invasionis modo etiam sumunt differentia. Quaedam enim Pleuritis est primigenia, quaedam vero alio morbo succidanea.

Ab accidentibus propriis sive excubitis alia sunt differentia. Quaedam enim Pleuritis est sicca, quaedam humida. Humidam appellat Hippocr. in qua aliquid exspuitur. Siccam spiriti expertem. Fit autem ut spiriti expertis sit Pleuritis quatuor de causis.

- I. Quia materia expectoranda adhuc cruda est.
- II. Quia licet non cruda, tamen ob crassitatem sive tenuitatem non est idonea ut humidus vapor eam complecti possit.
- III. Quia ob metum doloris ager non audeat expectorare.
- IV. Ob debiles et invalidas ad expectorandum vires.

A materia biliosa,  
sanguinea,  
melancholica,  
pituitosa.

Tandem etiam a materia sumunt differentia. Pleuritis enim alia est Biliosa, Sanguinea, melancholica, vel Pituitosa.

Frequentissimam biliosam esse scribit Hippocr. & Galen. Pleuritides fecerunt omnes biliosas esse putat, ut Peripneumonias pituitosas.

Pituita

Pituita autem dicitur raro Pleuritidem  
facere, quod crassior sit, quam ut densam  
membranam Pleuram possit subire; quod  
innuit Dictator Medicina Hipp. lib. 6. ap. 33.  
Ubi ita ait, Qui acidum eructant, raro  
Pleuritici fiunt. Per illos autem qui aci-  
dum eructant ibi humidi temperamento &  
pituitosi intelliguntur. Doctus vero Haller.  
in comment. d. ap. ait hodie longe aliter  
fieri quam tempore Galeni, quotquot enim  
a Pleuritide corripuntur hodie, a pituita  
corripit dicit, quod iudicant spūta alba et  
spūiosa: quae tamen spūta raro apparet  
Galeni, sed in suo climate, uenit.

Ego vero existimo et a Melancholia et  
a Pituita vel nunquam vel raro fieri Pleu-  
ritidem; nisi vel Bilis vel Sanguinis mixtu-  
ra humores inflexi idonei reddant.

CAUSE.

Causa Pleuritidem efficientes sunt vel In-  
terna, vel externa.

Interna huius Pleuritidis causa dicitur  
Antecedens et Coniuncta. Antecedens est  
Causa septuaginta cum impetu fluxus. Con-  
iuncta est plura oratione consistens.

Posunt autem Pleuritidis causa esse omnes  
humores, potissimum tamen Sanguis et Bilis  
in membranas et musculos fluxentes, et tri-  
moram in parte obesa facientes. Raro autem  
ex paulatina congestione vel  
fit Pleuritis.

Denique causa Pleuritidis interna omnes illae  
sunt, quae sanguinem, fluxionem, et impetum  
mouent: quemadmodum sunt immoderata  
sanguinis copia, eiusdem exagitatio, tenui-  
tas et feruescentia; quae fieri potest a Bal-  
neis, ab Aestu, ab Exercitatione immodica,  
ab Animi exardescencia, a Furoribus: Item  
ab Aq. frigida; potione, vel Comestione uiridis,  
vel etiam

Aut pituitosi  
pleuritici  
fiunt.

vel nunquam  
vel raro.

Causae.

Interna  
Antecedens  
Coniuncta.



vel etiam ex potu meracioris vini, & praesentim post exercitationem. Hinc tandem accedit naturalis lateris imbecillitas, quae facile humorem fluentem excitat.

Externa

Externa causa Pleuritidis sunt duplices, vel naturales, vel non naturales

Naturales

Externa naturales sunt. Habitus, Regio, Aetas, Anni tempus, Temperamentum, Siccitas in calidam vergens & inclinans.

Non naturales

Externa non naturales sunt quamplurima. Haec tamen frequentiores, violentia, Crasula, imposturae Venenis usus, Magna pila usus, Ictus, Casus, vociferatio, & Ambiens serpens: Praecipue refrigeratio post exercitationem. Hinc Hippocr. in ap. xxiii Hyeme Pleuritides. &c.

### Signa.

Signa

Signa sunt duplicita, Diagnostica & Pro-

Diagnostica

gnostica. Diagnostica iteum triplicita, Pathognomonica, Epignomonica, & Epiphnomonica. De Diagnosticiis Pathognomonicis primo agemus.

Pathognomonica

Signa diagnostica Pathognomonica vera & exquisita Pleuritidis sunt v. Lateris dolor punctorius. Difficilis respiratio. Pulsus durus serratilis & inaequalis. Febris continua eaq; acuta. & Tussis. De singulis ordinem agemus.

Notant: vera

v.

Dolor lateris

Primum itaq; signum pathognomonicum est lateris dolor punctorius. Dolor quidem est ratione distentionis & intemperiet calidae: punctorius ratione partis, quae nervosa est & membranosa. At nervosa partes, quia sunt exquisitissimi sensus, lancinante dolore acsi acsi punguntur, afficiuntur.

punctorius:

extensivus:

Sed omne alia etiam sunt dolorum species in Pleuritide? Authores adhuc quos ponunt: Alterum dolorem extensivum, quod ob tenuitatem membranae & sympathiam facile se extendat. Et praeterea Hippocr. in lib. de vict. caec. in morb. acut. dolorem gravativum etiam vult Pleuritidi adesse

gravativus:

a Sic enim ait. Si ad mammas & brachium  
 a gravitatis sensus feratur, venam tuberculum se-  
 a caro operet. Est itaq; in Pleura inflam-  
 mata triplex dolor; Punctivus, Extensivus,  
 Gravativus: quorum duo priores parti oblesse  
 prope sunt. Gravativus vero ab humoris  
 copia est.

Secundum signum est difficilis respiratio.  
 Difficultas autem respirationis duplicem  
 agnoscat causam, Thoracis inflammationem,  
 a qua ejus visus algetur, & organorum respi-  
 rationi dicatorum contumaciam.

12.  
Respiratio dif-  
ficilis.

Ordinaria. n. Pleuriticorum respiratio est  
 parva & frequens, qua aliqui respectu febris  
 magna esse deberet. Sed parva est ratione  
 doloris, prohibet enim acutus dolor quo mi-  
 nus respiracionis organa tollantur. Magna au-  
 tem respiratio dolorem adgeret; tum propter  
 motus violentiam: tum quia distendit &  
 premit inflammatas partes. Parvitatem au-  
 tem hanc natura velocitate & frequentia  
 compensat.

parva &  
frequens.

Tertium signum (Diagnosticum & patho-  
 gnomonicum) est Pulsus durus, inaequalis,  
 & serratilis, sic dictus quod in modum reci-  
 procantis serrae tactum feriat. Durus autem  
 est ratione inflammationis, qua perpetuo de-  
 titum pulsus habet comitem; Durus etiam ra-  
 tione partis affectae, qua dura est & membra-  
 nosa, & qua tensa vicinas partes extendit.  
 Inaequalis autem est pulsus ob arteriarum  
 inaequalem motum, in quo nimirum arteriae par-  
 tes inaequaliter pulsant, ut alia altius alia de-  
 pressius videantur. Communicatur autem me-  
 brana affectus arterijs, quia Pleura partibus  
 omnibus in Thorace contentis & arterijs  
 communem sortitur tunicam.

13.  
Pulsus durus,  
inaequalis,  
& serratilis.

Quartum signum pathognomicum est  
 Febris continua & acuta ob Cordis viciniam.

14.  
Febris continua  
& acuta.

Immuum



27  
omnium enim internarum partium inflam-  
matio febrem habet perpetuo comitem.

Febris autem haec licet continua sit, tertio  
tamen die exacerbatur: eo quod habeat ali-  
quid de natura tertianae. Nam Pleuritis  
exquisita est aut a tenuissimo sanguine,  
aut a Bile, cuius hoc proprium est de tertio  
in tertium diem moveri. Et praeterea  
febres omnes acuta sunt docet dictator no-  
ster Hippocr. Imparibus diebus mo-  
ventur.

V.  
Tussis.

Quintum et postremum signum patbo-  
gnomonicum est Tussis: quae fit ab ex-  
siccitate sero a parte inflammata in Pulmo-  
nes, ad eius extrusionem Pulmo incitatur.

Observavit autem Galenus In omni  
inflammatione exsiccari perpetuo sero  
quoddam tenuissimum, praeterquam in cute,  
ob eius densitatem et crassitiam.

Sicca utplur:  
in principio.

Tussis autem haec in principio utplurimum  
secca est, quia Pulmonis concussio ob seri  
tenuitatem irrita est.

Atque haec sunt vera et exquisita Pleuri-  
tidis Patognomonica signa, quibus ab alijs  
omnibus affectibus distinguitur; veluti a  
Pleuritide notata sive spuria, Peripneumonia  
et Hepatitide.

Signa spuria  
pleuritidis:

I.

In notata autem Pleuritide, quae plerumque  
in externis Thoracis musculis fit exigua  
vel nulla tussis est, sero in capacitatem  
Thoracis aut nullo aut exiguo exsiccante.

II.

Pulsus non adeo durus est ob carnosarum  
partium inflammatarum naturam: 3. Febris

III.

remissior est ob distantiam Cordis: 4. Non

IV.

potest ager in latere dolens procumbere,  
et ad motum manus lateri affecto dolor presentis.  
Secus ac in vera Pleuritide et in omni in-  
flammatione interna: Ibi enim ingravescit  
dolor ex decubitu in sanum latus (eo quod  
tumor



tumor dolorem excitans fundeat, aliam  
causam addit Cal. Aërel. quod decubitus  
in sanum latus tumorem exprimit in agrum  
partem & tumorem auget; Contra decubitus  
in agrum latus tumorem detrahendo tūno-  
rem minuit. Accedit quod in inflam-  
matione musculorum dolor est pulsatilis &  
concursum arteriarum, quæ in carnosis par-  
tibus sunt copiosissima & amplissima. In  
membranosis minores & pauciores.

Ceterum quoniam Pleuritis vera duplex est  
Alia in qua inflammatur primario membrana,  
secundario musculo, quæ exquisita dicitur. Alia  
in qua musculo primario & membrana secunda-  
rio inflammantur (non exquisitam vocant)  
Medicus hac ratione utramque dignoscet.

Si inflammantur musculo, dolor in principio  
vehementior; quia membrana liberam habet  
exclusionem; Musculo autem a costis undequa-  
que premuntur. Pulsus autem non adeo est  
durus.

Porro Dolor pulsans & Hepatitis (x inflam-  
matio hepatis) saepe mentiuntur Pleuritidem,  
& peritis etiam medicis ob similitudinem  
plerumque imponunt.

Verum enimvero in Hepatide dolor  
non est punctivus, pulsus non adeo durus,  
tusis perpetua est sicca, dolor etiam gravans  
in Hepate; Adest præterea durities & tentio  
hypochondrii dexteri; Adde et hoc quod in He-  
patide plerumque adest præurba alvi proluvies

In Pleuritide vero dolor est gravans,  
pulsus undosus & mollis, difficilior respiratio,  
& genarum rubor.

Signa Pleuritidis Epigenomena sunt Phe-  
nitis, Alvi fluxus, Orthopnoea, Maculae pte  
thoracem erumpentes, Rubor dorso & scapularum.

Epiphanomena vero materiae peccantis  
qualitatem demonstrant.

Hæc autem

Signa Pleur.  
Exquisita,  
& non exigite

Hepatitis  
Signa

Pleuriticum.

Signa Epigtn.  
Pleuritid.

Epiphanom.

\* Aniglando etiam Pleuriticos Aëssa contingit, &  
tamen nihil emulsi. Nam pleuritis etiam con-  
tūmax concoctis difficit esse potest, quæ  
maxime etiam piosiosa existit. Al. Trall. vi. cap.



Hæc autem considerantur in colore linguae  
& in spūtis.

Lingua color.

De lingua color hoc pronūciavit dictator  
noster Hippoc: Quibus inquit Pleuriticis  
lingua continēta bilē colorata est septimo  
die iudicantur. Sublivida autem vīlla in  
lingua tūmescens difficulter solūta iei mor-  
būm significat.

Spūtum.

De spūtis autem hæc notanda veniunt;  
Spūtum rubrum sanguinis dominium arguit.  
Flavum bilis: Vividum vero spūtum vix  
indiciū est.

Observatio ad

diagnostica.

Signa Pleur:

Observandum autem est quod Pleuritis, cum  
sit tumor contra naturam, aut resolutum, aut  
suppuratur, aut (in scirrū atq; sine) in gangra-  
nam abit, vel tandem in alios morbos transmū-  
tatur.

Resolutio.

Resolutio est dissipatio maxime expectanda  
est: Nam si hoc possit fieri & natura robur,  
& materia peccantis tenuitatem arguit. Et  
præterea talis curatio sine illa partium  
ulceratarum offensione perficitur.

Suppuratio.

Secunda laus est proxima debet suppara-  
tioni, modo fiat ut convenienter pus illud  
expurgetur.

Saluta signa.

Suppuracionis autem futura signa sunt  
dolor intentior, Febris ardentior, Respiratio dif-  
ficilior, Pulsus durior, Insuper molestior,  
Major gravitatis sensus. Cum autem in  
prociectū est ut vomica illa rumpenda sit,  
advenit Vigor inordinatus, vellicata nimirum  
membrana, & tūm fit statim omnium  
symptomatum remissio.

Mæ expur-  
gatio. 1.

Expurgatur autem effusum pus, aut  
per ἀναξάσπον expectoratur per os; quæ  
propria est Pleuriticorum, Peripneumoniorum,  
& Empyricorum crisis, natura maxime fami-  
liaris & consueta: Fit enim per loca conse-  
centia; & facultatum omnium validam vim  
& robur indicant.

Aliquādo

30.  
11.  
Aliquando fit ut illa materia per vias expurgetur, per vias idoneas; quicquid ferunt recentiores. De quibus vix vide elegantem scribentem Andr. Laurentium opor. Anatomicor. lib. III. quaest. XIII

III.  
Aliquando autem haec colluvies expurgatur per Diarrhoeam (vel alvi fluxum) quae quidem expurgatio mala est: Etenim coctionis vim in ventriculo labefactat, Distribuitur vim in gracilibus intestinis, Excernit in crassioribus. Atque ita fit saepe alvo profusente caudales Dysenteriae saepe veniat, quae fractis iam visibus aegrum miserabiliter exerceat.

IV.  
Aliquando etiam per abscessus superiorum vel inferiorum hoc pus expurgatur.

Si vero nec ut solvi nec suppurari possit, statim in Gangrenam abit, a qua statim mors, Memini me vidisse Pleuriticorum secta caetera quasi de caelo tacta, costasque ad vergerent lividas factas.

Saepe etiam in alios affectus mutatur Pleuritis, ut in Peripneumoniam, Empyema, & Phthisin.

Signa Pleuritis Prognostica alia sunt finis Atri iudicij, alia salutaria.

Primum, inter Pleuriticis, dextra sinistra est periculosior; Cordis enim nucleo in latere sinistro magis inclinatur, & praeterea cum latere Dextrum sinistro sit fortius & robustius, gravior et major est causa, quae dextrum afficit, & hinc etiam periculosior. Si tamen felix futurus est eventus, citius ex sinistra Pleuritis, quam ex dextra expectanda est Crisis.

Secundum, Pleuritis Mediastini est periculosissima.

III.  
Tertium, inter Pleuriticos, quibus initio viae sunt exspirationes; secundo, tertio, aut etiam quinto die moriuntur; quos si evaserint, septimo, vel nono, vel duodecimo die incipiunt suppurari.

Quartum

f. disputat utrum dexteri an utriusque lateris Pleuritis deterior sit. H. Metcensal. prolixior. lib. III. cap. 7.

Signa Pleuritis Prognostica

Infausta  
1.

II.

III.



IV.

Quartum, quibus Pleuriticis dorsum multum erubet, humeri incandescunt, alvis perturbantur, & visceri multumque fetida bile fertur, illi secundo die intereunt. Et haec est illa Pleuritis, quae dorsalis dicitur.

Pleur. dorsalis.

V.

V. Sicca Pleuritides et spiritus expertes gravissimae sunt.

VI.

Sextum, Pleuriticorum spiritum sincerum (non variegatum) viride, spumosum, livescens et ariginosum pessimum est.

VII.

Septimum, qui intra XIV dies sursum non (a. non perfecte) pergunt, usque ad suppurationem sit transitus. Hipp: V. apb. III.

22  
23  
22

VIII.

Octavum, quibuscumque Pleuriticis multum in pectore spiritum est, et facies aëroris plena, et oculus ictericus et caliginosus, necessario moriuntur. Et quod in talibus collapsum omnium facultatum signa elucet; Animalis quidem, quod nulla tum sit ad excretionem concussio in thorace; Sensitiva, in obscuritate visus; Naturalis, in ictero; Vitalis, in moesta facie.

IX.

Nonum, si Pleuritidi stillicidium sanguinis ex naribus accedat, malum: Quia sider δαίμων κελυρόν: nihil patrum iudicatorum est.

X.

Decimum, Pleuritides sine convulsionibus periculosiores sunt, quam illae quae fiunt cum convulsionibus. . . . . Sciendum autem est hoc loco Hippocratem vocabulo convulsionis (non pro vera convulsione, quae si Pleuritidi superveniat letale est) sed xalagyonius adus, abusive usum pro motu thoracis concussivo a valida thoracis contentione, quae huius perficitur. Atque haec sunt prognostica sinistri iudicii, nunc ad salutaria progrediamur.

Salutaria

I.

Primum prognosticum salutare est, in Pleuritide si spiritum statim apparat morbum breviorum arguit. Hip. I. apb. XII.

II.

Secundum, omne quod dolorem jurat bene fit

beneficium & salutaris est.

Tertium, spiritum flavo exaete permixtum cito & facile expurgari bonum est.

Quartum Pleuriticis bonum est alvum leniter mollescere, spiritum elevari, strepitus millos in pectore presentiri, & urinam planide ferri.

Quintum, Pleuritides biliosa simul & sanguinea ut plurimum nono vel undecimo die judicabuntur. Cui qui humores maxime mobiles, & fere omnes ad salutem vergunt. Atque haec quidem sunt signis prognosticis, nunc ad curationem veniamus.

### CURATIO.

Pleuritidis curatio tribus instrumentis praeficitur, Pharmacia, Chirurgia, & Diata. de Diata primum agemus.

In Pleuriticis vita ratio ita instituenda est. Aer sit lucidus & temperatus, ad calidum potius quam ad frigidum inclinans; frigidum enim Thoraci inimicum Araxadagon & constitutione sua dolorem inducit.

Decumbat aeger in affectum lateris, quantum possibile est, ne fiat suspensio partis inflammata; Capite decumbat medioziter elevato & molli culcitra.

Cibi sunt molles & cocti faciles, omnis aliena qualitatis expertes. Acida omnia, salsa, acida, adstringentia vitentur: postrema enim illa humorem exasperant & araxadagon impediunt: victus tenuis praescribatur, si vires ferant, usque ad quartum diem: Interim vero dum suscipiendi aliquid in Pleuritide edocetur, concedantur aegro Poma Citria ex saccharo cocta, Floridacium curiose coctum cum panis Amygdalis dulcibus, Jusculum pullorum & gallinarum, & similia. Vinum autem, quia viscera accendit, & antecedentis causa organum excitat, fugiendum est.

Potus

Curatio.

Diata.  
Aer qualis.

Decubitus.

Cibusten:  
& facilis,  
non acris,  
non adstring.

Vinum vitand.



Adversus libellulam, galeam, peris, amantiam lecti, ut  
nuncupat in obsequio, de qua  
causam, aut ego, aut peris.  
frigida, vel aqua, vel gravine, vel aceto. 13

420  
pellionatus, non est dygnus, utrumque ad hunc resonat,  
sed etiam in eo quod videtur in quibusdam, si tunc  
addatur melius est. Mentibus si tunc non fit.



Potus.

33.  
Potus autem sit Aqua hordei, vel Aqua simplex cocta & saccharata, vel ejus loco Cerēvisia nostra tenuis saccharata, Pti<sup>n</sup> sana, Meliceratum, quod in biliosa Pleuritis distantiis, in pituitosa meracius exhiberi potest.

Pleuritis autem cum sit inflammatio a fluxione orta duplicem habet causam antecedentem & conjunctam. Causa antecedens est humor fluens: conjuncta humor qui fluxit.

Humor fluens vacuandus & revellendus.

Humor fluens peccat quantitate, qualitate, & motu. Quantitas ergo vacuanda, qualitas alteranda, motus revellendus.

Chirurgia.

vacuabitur & revellatur simul humor fluens phlebotomia, purgatione, cucurbitulis, fraxionibus, ligaturis.

### PHLEBOTOMIA.

Phlebotomia institutio.

De Phlebotomia multa inquirenda sunt, Quantum, Qua parte, & Quando, & Quomodo fieri debeat.

quando.

De tempore convenit inter omnes, statim nulla interposita mora, mittendum esse sanum quincem quavis hora; primo, secundo, tertio, quarto die, quidam quinto aut sexto vocatur medicus, & tamen adhuc animadvertat, per omnem fluxionem atque humoris orgasmum & levitatem.

Ego etiam septimo die scilicet venam, quod ipse prebat Hippocr: VII. Epid. qui Anaxioni pleuritico septimo die venam secuit.

Statim.

qua parte

De parte autem qua, & loco sectionis maxima disceptatione certatur. Arabes primo secant saphenam oppositi lateris, mox oppositam cubiti, tandem eisdem lateris venam, Arabes autem hac inducti ratione erant, quod revulsionis hac sit lex ut fiat ad opposita eaque distantissima. At dicitur

dextra dextra non sunt opposita, sed sunt  
prima inis, antica postica, dextra sinistra.  
Vesalius dextram cubiti venam in omni pleu-  
ritide secari perpetuo voluit: quia inquit,  
omnis Pleuritis ab azygo fit, est autem  
azygos tantum in dextro latere.

Nos autem, Graecorum vestigijs insis-  
tentes, a latere dolente venam secabimus,  
adeo ut & vacuans, & revellens, & deri-  
vans sit phlebotomia. Derivans autem,  
quia a proximis venis sanguinem educens,  
revellimus, quia servamus legem contrarittatis  
quam xal' & w' Graeci vocant, sunt nimirum  
externa internis opposita, quam oppositionem  
Arabes ignoraverunt. Fatior quidem veram esse  
Arabum doctrinam de oppositione, q' sit ad  
distantissima, nimirum ubi prophylactica &  
praeservativa methodo utendum est, et locum  
hoc habere in affectibus, qui paulatim excitant:  
Sed in morbo acuto & praecipiti proximam  
ventalem (v. proximam cavitationem) secat Hippocr.

Quia autem Vesalius de azygo obtulit, falsa  
sunt: nam & ab intercostali vena & a Tho-  
racicis, & a mammaria sunt Pleuritides apud  
Hippocratem & etiam rami vena azygos  
ad sinistrum latus feruntur: Adde quod in  
Anatomia observamus thoracicas venas ab ax-  
illaribus venis ortas, cum ramis vena azygi  
coire & conjungi; Atqui basilica vena in  
cubito, a ramo axillari ortum habet, ita ut  
latior sit a sinistro latere ad cubitum sini-  
strum, quam ad dextrum via. Itaq' sic  
habet ex parte lateris dolentis semper  
secundam venam, non quidem omnem, sed  
Basilicam, ex mandato summi Hippocrat.  
qui internam secari jubet.

Quantum vero attinet ad quantitatem san-  
guinis

A parte afu  
dextra lateri

Vesalius  
carpitur.

Basilica.

Quantum.



In Venae Azygi productione videt admodum  
ana. Nam plerumq; dispergit ad in  
intercostalium spatium: inferiorem  
tritionis; ac tunc superius ad superiora  
intercostalia dispergitur, hinc Venae in  
intercostales dicitur, et a Cava vena exortae.  
Plerumq; ad latus dextrum spinae dorsi  
videtur: aliquando in medio.

Contingit etiam ut utq; azygos sit,  
sed conjugis habeat in latere sinistro.

Graecis } xal'  $\frac{1}{2}$  w est in latere <sup>senes</sup>  
Arabib; } <sup>Uppos</sup>

24



Copiosus &  
largiter

quibus, ea semper sit copiosa, habito coru  
ports & aeri vitium respectu; non tamen  
usq; ad deliquium animi, nam in affectibus  
Thoracis lipothymia suspecta est

terminus

vacuationis autem terminum coloris  
mutationem static; donec nimirum ex malo  
sanguine rubentior appareat, vel pro pncis &  
livido rubidus exeat: debet autem pluribus  
vasculis excipi sanguis, ut mutationem ma  
gis conspicuam habeas.

In Calidis vero & Humidis nativis, ut  
pueris, & quibus rarus est corporis habitus,  
cavendum ne copiosior sanguinis detractio  
vires resolvantur. His igitur parcendum q  
dem est, & his potius aut ter, si opis est,  
iteretur vena sectio. (Prima laus mihi obtulit  
ex sectione pueri sexennis, & ante IV annos  
idem feci in febricitante puero quinquenni)  
Sed hoc caveatur, ne hoc fiat in acerbatione  
febris sed remissione; nam cum irget febris  
sanguinem mittere. Cuius inq; Celsus —) est  
hominem jugulare.

in remissione  
febris

in omni  
etate

In hoc autem morbo omnis aetas ple  
botomia est capax, potest enim non solum  
viris, sed pueris etiam & gravidis admini  
strari.

## PHARMACIA.

Pharmacia

Jam macte animo, accedamus ad tem  
periculosi morbi pharmaciam. Sed tamen  
antequam id efficiam, opera pretium mihi  
visum fuit leges quasdam statuerem, qua in  
pharmacia Pleuritidis vobis ferre, tecta, &  
inviolata observanda sunt.

Secundae leges

Purgatio ne  
fit violentis.

Lex prima. In Pleuritide alvum nunquam vehementius move  
Spitorum enim motum impediunt, & deinde  
ex inflammatione interna nihil detrahunt,  
Tertio in Peripneumonia & Pleuritide suspen  
ctum

etiam est alvi profusivum. Aerea est sententia Hippocrat. (vi apb. xv) Pleuritide et Peripneumonia fluxus alvi superfluous, malum.

Lex secunda. Nunquam iure vel probe medicamentum, quod astringendo purget, qualia sunt Myzobalani, Ababarbarum in substantia (quomodo sumptum astringit purgat, in infuso purgat, tussim astringit.) nisi fortasse incipiente Pleuritide hac usurpetur, et lenientibus alijs medicamentis permiscuantur.

Tertia lex. Vehementius frigida, qualia sunt Narcotica, non imperabis, (removantur enim spūta) nisi forsan acerrima et subtilissima sit fluxio, tūm enim pōnullo frigidioribz uti licet: quemadmodum Sem: Lactūca, Portūlaca, Papaveris albi, in aqua cum alijs pectoralibus decoctis. Cūm enim tenuis et difficilis est spūtum, excellentis naturā conatū subterfūgit: Opportet igitur, ut tūc acrimonia corrigatur, tenuitas emendetur, ita tamen, ut Expectorationi non des damnum: Ad hanc rem, prater superiora, etiam faciunt Syrup: de Nymphæa, de Papavere simplici, et nucis cilago Sem: Cydoniarum, vel Sem: Pylly extract: in aqua Scabios: et mixt: equali parte Syrupi Violar. (quod et prodest in Aphtis.)

Quarta lex. Nichil imperandum est, quod acetum recipiat, hoc enim pectori inimicum est. Nam licet Asceena in Pleuritide Syrup: acetosum praeferensit, existimandum tamen est, ipsum hoc magis respectu aëoris febrilis, quam materia in pectori conclusa gratia fecisse: Nam alioqui revera, quae pectori accommodantur, dulcia esse debent, aut dulcibus permisceri.

Quinta lex. Quicūq; Pleuritico offeruntur calida

36.  
Purgatio ne  
sit vehementis

II.  
Non astring  
purg:

III.  
Cave a frigi  
distimis.

IV.  
Acetum ablit.

V.  
calida



calida <sup>37.</sup>  
exhibeant.

calida esse debent, nam licet oblatum  
frigidum ratione febriis prodesset videtur,  
spiritus tamen vias intercludit: Hinc autem  
plus damni, quam inde commodi.

VI.  
Varianda  
remedia.

Sexta est Ultima lex. Pro varijs tem-  
poribus variari debent remedia. In initio  
cum spiritum aut nullum, aut liquidum est, aut  
album & eridum, ea remedia conveniunt, quae  
cum quadam lenitione tenues humores flexioni  
aptos increasant. In incremento autem, cum  
sanies ex affecto loco jam residat, &  
spiritum flavum pauloque crassius respicitur,  
tum detergentia & attenuantia increaspan-  
tibus sunt interponenda. In statu cum-  
jam purulentum vel cruentum spiritum ex-  
spicitur, detergentia & attenuantia validiora  
permittenda sunt. Tandem in declinatione  
cum vis symptomatum deservit, sola atten-  
nuantia & detergentia in usum trahantur,  
remotis increaspanantibus. Cum autem sub spi-  
ritu cuiusdam caliditatis exsudet, et quavis modo  
in Thoracem influat spiritum, sanguis quo-  
que qui in Pleuram deflucit non statim  
universus, sed alia eius pars citius, alia  
tardius putrescat, ex lege et moderamine  
medicis attenuantia & detergentia increas-  
panantibus misceat, ut ab ipso morbi initio  
sensim & ordinatim, per intermedia tem-  
pora ab illis ad haec, et ab his ad illa  
fiat progressus, eo usque dum ad declinationem  
deventum est, quod certissime cognoscitur  
ex spirituum mutatione. Itaque huius  
Sexta legis haec summa est. Tenue spi-  
ritum increaspa, crassum attenua, quod inter  
utrumque est remedio inter utrumque parato  
cura. Verum haec nunc perspicuis ex-  
emplis illustramus.

legis VI<sup>a</sup>  
summa.

Itaque post

Itaq; post phlebotomiam si non misisset  
dolor, & corpus sit cacochymum, levi catharu  
etico alius sollicitanda est. Veluti Mamma,  
Castia, Syri: violato, Syri: Rosato solutivo, &  
similibus. Quamvis enim Hippocrates suo  
tempore valentissima propinaverit, vel de  
factu vel ignorantia benigniorum: tamen  
post inventa nostra Benedicta, illa prius  
sodierna praxis non fert.

Clementis itaq; & benigna potionis pecto-  
ralis laxantis tale sit paradigma

℞ Liq;iticia ℥j

Capillar: Vener: M℞.

Past; lar: mundatur: ℥j℞.

Hordei mundati ℞j.

Flor: Boraginis

Violarum an ℞℞.

fi. omnium decoctio J. a. in colatura ℥ij,  
dissolve Mamma ℥ij, Mis. fi. potio.

vel potest addi illi decocto mamma ℥j  
addendo insuper Rhabarbar: (℞℞, vel ℞ij)  
in substantia subtilissime pulverisati, ℞℞  
in principio; Nam, quemadmodum dixi, licet  
in statu & declinatione astrictio metuenda  
est, in principio tamen predest sistendo  
fluxionis impetum. Quod si magis  
arritet aegro conficiatur Bolus, hoc modo.

℞ Cassia recentr extracta ℞ij, alq; ℥j.

Rhabarbari subtilis: pulverisati ℞℞.

Glycyrriza, &

Sem: Anisi an ℞j.

Sacchari, s; q. fi. Bolus, quem sumat  
vel solum per se, vel cum Syrupo de Nictis,  
& l;isibus una commixtis.

Sed hoc tamen interim notandum est Pleu-  
riticam non debet tunc frequenter licet etia  
blandis

hic Bolus in ℞, aut ℞ minoris bolus di-  
videndus, & alternatim protinus omnis  
sumendi, cum cito corrumpat, ut potio  
q; Aera non ferant.

30.

Purgandum  
leniter.

Cathart:  
benign:

℞ Glycyrriza

℞ libetatur a  
lapis

Bolus ad  
uicm.



Clyster safe  
insiciend:

blandis remedijs purgari: Hoc enim Lavand u  
purgiv impediunt. Itaq; succidanei venient  
clysteres, cuius frequenter insiciendi hic  
sequens sit exemplum.

- ℞ Radic: Althea ℥i.
- Malva
- Bismalva,
- Parietaria,
- Dentis Leonis,
- Mercurialis,
- Beta,
- Flor: Chamameli.
- Meliloti ℥m. ℞j.
- Sem: Anisi ℥ij.
- Ficium paria ℥ij.

Fiat omnium decoctio s.a. in colatura ℥ij  
dissolve Diacatholiconis ℥ij. Olei violacei  
& Mellis Mercurialis, an ℥ss. misce fi. Clyster.

Sed quia opus est agro familiari, quo  
utatur, Apozemate, quod spiritum promoveat,  
maturat, & anaxadagorv non impediat, &  
una febrilem calorem temperet; Ejusmodi  
a vobis prescribi potest.

- ℞ Liquiritia rasa, ℥ss.
- Paspular: mundatar: ℥j.
- Hordei mundati, ℥ij.
- Violaria,
- Troscilaginis,
- Scabiosa,
- Capillar: Veneris, an ℞j.

Fiat omnium decoctio in colatura pinta una  
uinaria s.a. (qua largo modo sumpta ℥ij  
medicas constituit, vel saltem ℞ij, aut ℞ij  
uncias) dissolve Syzupho de capill: Veneris.  
& de Papaveris Rando an ℥i. misce, fiat  
Apozema.

Vel si

Martial: ℥m. Epig: ℥ss.

Utro lactueis, & mollioris uteris malvis:  
nam faciem duro, Pabre, cacatis habes.

In his regionibus sufficit hac desis, nam  
℥ij, vel ℥ijss contineri sat diu non possit;  
sed statim elaboretur.

que omnibus, qui jam xxii annu ex  
cesserunt, praeberi potest.

Desis ℥ij  
plus castr con ℥  
trahit a potest,  
in hoc climate.

Apozema  
spirit: promor:

vel si materia fuerit frigidior & pitu-  
osior. hac ratione Apozema componetis.

4 Capill: ven.  
Adiantli,  
Linguae cervinae,  
Vigulae caballinae,  
Hysopi an Mj.  
Sem: Anisi  
- Faniculi an Sj.  
Pastular:  
Jujubar: an Sjß.  
Flor: Rosarum  
- Byglossi an Pj.

Antbos sive Rosmarini Pß

Fiat omnium decoctio s. a. in colatura lb ij.  
(sive pinta vinaria) dissolve Syr: Capill: Ven: Sjß.  
Syr: de Praslio Sjß. misce fi. Apozema.

Ex hisce duobus Apozematum exemplaribus,  
& secundum materiam peccantem, & secundum  
tempora morbi omnia a prudenti medico  
pro re nata poterunt accommodari.

Præter hæc Linctus etiam præscribendi, q  
in initio tales erunt.

4 Syr. de Violis,  
- de Jujubis an Sjß.

misce fi. Linctus.

Quodsi adsint ægro vigilie & tussis sicca  
ex acri & tenui fluxione orta. Adde Syr:  
Papaveris simpl. albi. Quidam deveniunt ad  
Laudanum, sed hoc prudentissime agendum est.

Interea non omittenda sunt ea, quæ oc-  
cultæ proprietatibus præsentant: Inter ea potissimo  
ma habentur. Radix Lappæ purpurea exsiccata.  
Dens aspi siccatibus.

Genitale tauri, vel Cervi.  
quæ siccata, & in pollinem tenuissimum  
redacta

90.  
Apozema  
in frigid: &  
pituitosi.

In initio  
Linctus

occulæ  
condimentia.



¶ redacta ad ℥ij vel ℥j pondus exhibentur  
cum Aq. Pimpinellæ ℥ij. vel ex Misce-  
jam dictis potest confici hoc modo pulvis.

Pulvis.

℥ Radicis Lappa purpur.

Dentis Apri

Genitalis Tahri

Flor. Papaveris Rheas

Subtilis. pulverisator. an ℥j.

Corticis Avellanar. rubrar. ℥β.

Misce, si omnium pulvis subtilis, cupis ℥ij  
aut ℥j, commixtam cum jussulo Saccharato  
exhibe quotidie etiam bis in die, idq; in  
morbi principio; Nam in ulteriore ejus pro-  
gressu dicta faciendum non est.

Papaver  
rheas.

Verum quoniam mentio facta est Papave-  
ris Rheas floribus rubris: sciendum est illud  
ipsam principatum obtinere. Est autem dictus  
Rheas, quod flores ejus cito diffuant, et  
inter se familiariter coeunt. Ex eo Papaveri  
diversis modis paratur medicamentum, quod  
mirifice hic prodesse et Antiores dicunt, et  
ego experientia comperi. Laudabile testimo-  
nium Francis: Valerioda lib. v. observation. l. iv.

de ea herba adfert. Adiectis (inquirit) Papave-  
ris rubri floribus, qui in spiritu promendo et  
Pleuritide lenienda vim multo experimento  
comprobata habere deprehendunt: Familiariter  
mihi usque solet id auxilii genus, quo ego in  
numeros me sanasse (fide bona) testari pos-  
sum. Cum Aq. decoct. Pimpinellæ et Scabi-  
osa dare soleo, (quin et hujus Floris siccati  
℥β. vel etiam ℥ij dari possunt.) addito  
Syr. de Hyssopo, si febris magna non sit;  
vel si auctior febris sit Syr. Violacio. Fiat  
Potiuncula, et hoc in principio Pleuritidis.  
Idem observatione 2<sup>a</sup> lib. v. sub finem ita lo-  
quitur. Nullo tamen alio auxilio magis  
levata agra, quam decocto Flor. Papaver. rubri  
quo

a quo utendum omni die cum Syr: de Hysopo  
a inbebamus; valida data potione. Mirabiliter  
autem flores huiusmodi laterum doloribus  
valere quotidiana experientia docet. Vide  
eund. autbor. observat. vi. lib. vi.

Alj vero ex infuso huius Papaveris Syri-  
pium conficiunt, & non solum eum lingua  
dum praebeant, sed iulepis & vulgari stisana  
commixtum exhibent. vide eius descriptio-  
nem in Antidotario Rhododai. lib. iv. cap. viii.

Alj ex Papavere Rhodod. conficiunt con-  
servam, (cuius usum frequenter agro com-  
mendant.) hoc modo.

¶ Conserv. Flor. Atticae

Capill. ven. an. ℥ij.

Flor. Papav. Rhodod. exsiccatiorum &  
-subtiliss. pulverisat. ℥ij.

Dentis Apri, testis & pulveris. ℥j.

Syr. de Glycerabiza. q. s.

Capiat frequentor ad ℥ij vel ℥ij. (quae sere  
constantia quantitas est.)

Alj Aquam floyam stillatitiam exhibent,  
addito Syr. de violis, vel de liquiritia, ad  
singulas Aquar: xv. Syroper: ℥ij. Quidete de hoc  
flore Falic: Platerum. tom. 2. cap. 10. &  
Cappivaxium lib. 2. praedios. cap. 3. ubi se ante

a die ex his floribus non raro usum memorat,  
quia (inquit) dolor sedatur, Pleura roboratur,  
a & spiritum provocatur. Caterum non posses  
etiam quin ex ipsis Chymicis testimonium  
de hac re petam. Querechanis certe cap. 7.  
sua pharmacopoea restituta proponit aquam  
quandam antiplcuriticam, egregiam &  
laudabilem, qua asserit se desperatos brevi  
sanitate sua restituisse. Et est talis

¶ Flor: Papaver. Rhodod. exsiccatior. ℥ij.

Cocalli rubri tenuis pulverisati

Corticium

Syr: de  
Papavere.

Conserva.  
a. bismatrae.

Aq. stillat.

Querechanis  
antiplcuriti-  
tica aqua.



Corticium Avellanae. cibar. subtilis.  
pulverisat. an. ℥ss.

Seminis Cardui benedicti. ℥ss.

macerentur omnia per triduum ad ignem in  
balneo Mariae, affunde Aq. stillat. Papaveris  
Rheod. ℥j. Aq. Cardui bened. & Ulmariae  
an. ℥ss. Deinde destilla per cineres calin-  
das, & liquorẽ inde excurrentem serva usui.  
Exhibe autem hujus liquoris ℥iij. addendo sin-  
gulis dosibus Syr. de Papavere ℥ss. Datur  
ante somnum, & si dolor non cesset, rein-  
teretur.

Pluribus hic immoratus sum, tum quod  
egregium in hac re remedium, tum quod Au-  
thorem super ea re sententiam colligere  
fuit animis. Quamvis autem sint, Cuius Ga-  
lenus & post eum inter notorios (ex. Crunius)  
qui noxium hujus medicamento usum esse voluit,  
utpote narcotici; Non est tamen quod verum  
animi, quandoquidem non tam manifesta  
qualitate, qua valet increpandi fluxilem &  
tenuem materiam, prodesse potest. Sed in  
super occulta ejus est proprietas, & insignis  
ad sudorem promovendum vis.

Licet autem Hiolanius dicat cap. v.  
part. ii. de morbis Pulmon. (in fine) ea, quae  
proprietas jurant, posse omni tempore exhiberi,  
tamen in principio morbi potidorem hujus  
remedy usum esse existimo. Atque haec de  
Papavere Rheod.

Et quamvis hic finem facere possim,  
tamen non omitam, quin vobis communi-  
cem multoties comprobatum ejusdem Quercu-  
cetani remedium, quo sine ullo alio re-  
medio externo, multas Pleuritides quasi  
jugulatas dicit. Est autem illud specifi-  
cum quoddam sudoriferum, quod exhibendum  
putat, si Pleuritis ultra tertium diem duret.

Conficitur

Quercetani  
aliud.

Conficitur hoc modo.

¶ Pomum chitipendulum<sup>a</sup> N<sup>o</sup> i. excava  
et illa cavitate inde Thuris masculi ℥j.  
Sacchari candidi parum, et iterum com  
plica hoc pomum; stuppis & papyro obvo  
lutum, lente ad ignem coque, adeo ut liqua  
tum Thuris cum poni substantia commixtum  
sit. Hoc pomum ager deglutiat & super  
bibat Aq. Card. bened. ℥ij. vel iv. &  
Stagulis coopertus sudet.

Hoc remedio (ait) multos a se ex cumba  
Charontis revocatos. Hinc remedio etiam  
fidem adsternit egregius medicus A. Mizaldus  
qui in herbo suo ~~in~~ medico arca 1<sup>o</sup> Campi vi  
in fine ita ait. Illud mihi pene exciderat  
matum antea atq; odoratum, ab interioribus  
seminibus liberatum, si Libano (i. Thuris  
masculo) impleatur, et supraddito suo opti  
culo sub cineribus absq; unctione coquatur,  
et deinde a Pleurítico comedatur, rem pla  
ne admirandam operari, quod in deploratis  
semel atq; iterum experti sumus. Atq; hoc  
quidem Sactenus.

Porro post exactum morbi principium,  
ut in altero augmento incrasstantibus  
Cardictum<sup>p. 27.</sup> et) attenuantia et detergentia  
sunt admiscenda. Itaq; hic tum linctus  
in usum venit.

¶ Syr: de Papavero ℥j.

Syr: de Hyslopo ℥ij. si. linctus.  
potest etiam in progressu addi Syr: de  
Stachade, de Prassio seu de Marrubio,  
Item Oxymel sine simplex sine composi  
tum, sine etiam tandem Scilliticum.

Hi etiam Syraipi possunt cum decoctis idem  
neis misceri et per os exhiberi. Et hoc  
etiam in statu et declinatione locum habet.

Hoc

49.  
Presertim in  
Pleuritide.  
i. q. si pediat  
tum batron.

In augmento  
incrasstantibus  
mixt: atten  
nuans et  
detergens  
Linctus.

In statu  
minimis incras.



In declinat:  
minimè in  
crassantia.

Hoc semper observato, quod quo magis ad  
finem Augmenti, ad statum, vel declina-  
tionem venit, eo magis incrasantia  
minuenda, & tandem omnino relinquenda  
sunt. (Cf. parat. suprap. 37.) Quia etiam  
medicamenti <sup>modè</sup> ratio habenda est, prout  
materia morbifica vel crassior ve subtili-  
or existet. Nunc ad externa  
remedia procedamur.

TOPICA & EXTERNA REMEDIA  
In Pleuritis externis admovenda.

Externa  
remedia,

De Remedijs internis satis nunc actum,  
veniamus ad externa post sanguinis detra-  
ctionem & corpus purgatum admovenda.

resolventia,

Quae foris admoventur praesidia, debent  
esse resolventia & aërore de dolorem se-  
dantia, nam frigida & repellentibus loci  
hic non est, quae pectori inimica sunt, &  
abstringendo dysenteriam, Tussim, Doloresq;  
augent.

Igitur ejus humoris, qui in partem infla-  
vit, resolutio tentanda est, praecipue si nova  
fluxionis metus amplius non sit.

Hae doloris sedatio, & humoris, qui inflavit,  
resolutio fiet Fomentis, Oleis, Sacculis,  
Unguentis, Emplastis & Cataplasmatibus.

Fomenta

Fomenta parabuntur hoc modo

Rad. Althæa ℞.ß.

- Liliorum ℞.ß.

Herb. Chæresfolij,

Feniculi,

Malva,

Absynthij,

Scabiosæ,

violaria,

Flor. Chamomeli,

Meliloti, an m. q.

S. Lini contriti ℞.ß.

fiat

fiat omnium decoctio in aqua communi  
vel in lacte vaccino pro fomento.

Fiant autem fomenta cum filtris &  
cum pannis laneis duplicatis, modice ex-  
pressis et calidissimis quibus precipue vntis,  
vel fiat cum spongijs. Vel hoc ipsum deco-  
ctum infundatur vesica siccilla, quae calide  
parti dolenti admoveatur. Vel possunt etiam  
illa eadem vesica, penuria aliorum liquorum,  
cum solo lacte vaccino calido ex dimidio  
impleri et vicissim admoveari, vel potest  
etiam idem liquor infundi vasi aeneo, vel  
stameo, vel ferreo.

Olea etiam prudenter administrantur, et  
sunt in principio lenientia. ut: Ol. Violaceum,  
Lilior. Chamomel. Amygdalin. vel solum, vel  
amixtum cum mucilagine S. Lini, vel  
s. Altsae extracta cum Aq. Violar.

Unguentis etiam studebitur doloris se-  
dationi; huiusmodi est Ung.  
dictum, vel Dialtheae. Vel compono sic.

℞ Ung. . . . . recentis ℞j.

Ol. Violacei

Amygdal. dulc. an ℞ij.

Croci ℞β. misc. Fi. Unguentum.

℞℥ Butyri recentis sine sale,  
Axungiae Gallinae an ℞β  
S. Lini mucilaginis ex Aq. Sca "  
"biosa extracta, ℞ij.

Ol. violacei,

Chamomeli. an ℞iβ.

Pul. Iridis Florentinae ℞j.

Cera. q. s. Fi. Unguentum.

Utatur, ut dictum est. Possunt autem haec  
olea vel unguenta illi post praecedens solum.

Quaedam

Modus et  
usus fomenti.

Olea.

Unguent:  
anodyna.



Sacculi  
ἀρόδουροι.

Quidam ad doloris lenimen utuntur  
Sacculis, quos conficiunt ex Sale et Mili-  
tofactis, additis Flor. Chamomeli et Me-  
siloti, et S. Anisi, et Similibus, quae in  
duas byssinas Sindones interbasant et  
vino calido irrorato Sacculos applicant.

Cataplasma.

Alii conficiunt Cataplasma ex Melle,  
S. Lini, et Flor. Chamomeli simul mixtis,  
quod super aluta vel linteum extensum ad-  
hibent.

optimum.

Ego cum summo doloris ju-  
vanimo solum Characoliolum cum Butyro  
in Sartagine fixum; quod efficacius erit,  
si inter fixendum addas pulv. flor. Chamomeli.

Cucurbitula  
vitrea.

Si post haec omnia pertinax dolor per-  
sistat, non abs re erit Cucurbitulam  
vitream parti dolenti applicare (cum scarifi-  
catione) ex cuius applicatione praesentia  
venam sepius remedium sentit ager.

Suppuratio.  
promovenda.

At vero si videatur materia in p[ar]te a-  
bia; suppuratio promovenda est Externis,  
Internis.

Internis.

Internis quidem, ut si sumat ager hoc  
medicamentum.

℞ Butyri recentis in Aq. Furfura. seu  
+ Instillaginis loti q.s. Et

Butyro misc. farinam S. Lini, et  
Saccarum, et de eo sumat frequent.

Externis.

Externis, ut si hoc sumat linimentum,  
quod constat ex Butyro recente, Ax. Squilla,  
et Far. S. Lini simul mixtis: cui etiam tan-  
dem addi poterit Fumis Columbinis,  
S. Sinapi, et S. Staphis agris. vel appli-  
cetur tale Emplastrum.

℞ Radicis Lilior. ℞.

Ficium

+ Butyrum recentis cum polline Sacchari Candi  
antiquo adhibetur in Ap[osto]l[is].

Fructum ping. ℥ss.  
 Fermentati veteris. ℥  
 Fimi Columbini pulverisati an ℥ijss.  
 Croci ℥ss.  
 Mellis, & Ol. Chamomel. an q.s.

fi. Emplastrum, vel Linimentum, vel Un-  
guentum.

Cognoscitur autem ad p[ri]us abire materiam  
ex febris & doloris remissione, et ex ea q[ue]  
circa locum affectum, gravitate.

P[ri]us jam confecto rumpatur vomica,  
quod fiet crebra & validior tussis, item cre-  
bro decubitu in latius affectum. Attilletur  
etiam calamo vel digito palatum, veluti  
vomitus irritamentum, non tamen vomat ager,  
Multum clamat, & si fieri potest sternutet  
ager. Et possunt in eo conatu etiam exhiberi  
illa, qua pectus dilatant: ut: Sorbitio m[ul]sa,  
vel creber potus vulgaris ptisana, qua fit  
ex Caricis, Jujubis, Passulis, Liquiritia,  
Hordeo, & Capill: Veneris.

Rupta jam vomica, quod ex horrore vel  
rigore precedente percipietis, p[ri]us triplicem po-  
test & solet eligere viam, vel ad Pulmones,  
vel ad Renes, vel ad Intestina.

Si ad Pulmones abeat fit Empyema,  
& tum attendum est expectorantibus, qualia  
ante diximus.

Si p[ri]us ad urina vias abeat, in usum du-  
cantur Diuretica, qualia sunt, Ceterach.  
Petroselin. Asparagis, Faniculum, Grana  
Alkekengi: vel etiam alia valentiora, q[ui]bus  
mitiora misceri possunt. ut: Syri de Capillis  
Veneris. IV S. Frigida majora, ad contem-  
perandam p[ri]us acrimoniam.

Si ad intestina p[ri]us abeat, vacuantibus  
est attendum, qualia sunt Manna, Syr.  
violatis

Supplicatiois  
Signa.

rumpentia  
vomica.

Ptisana  
confectio.

Rupta vo-  
mica indic:

Naa abit

Ad Pulmones

ad Renes  
scolopendr.

ad Intestina.



99  
ariolatus vel Rosatus solutivus, addendo  
tandem parum Agarici; Vel etiam non  
abs re fuerit, si ob transentis puris acrimo-  
niam alvus Clysmate eluats, quod fiet  
ex Ptisana communi & melle Rosato.

Potus in  
mundat. vlcis

In genero autem tum temporis biben-  
dam damnis Aq. coctam cum Melle vel Saca-  
charo dulcoratam. Vel etiam eodem modo  
dulcoratam decoctam caulium rubrorum,  
vel Aquam mixtam cum Syri de Hysopo.

Conglutinatio.

Postquam jam vlcis mundatum est, con-  
glutinandum erit Bolo Armena, Toria sin-  
gillata, & his porro remedijs, quae in Histo-  
ria Tabis ampliter memorabimus.

Pur' in pectus  
manente

Jam vero si post XL dies exactos puris  
adhuc in pectoris vacuo fluctuet, nec id  
posse per superiora expurgari spes sit, nec  
per Urina vias, nec per intestina exitum sibi  
meliat, tum de apertione serio cogitan-  
dum est, quae multos desperatae salutis  
evasisse & Authores dicunt, & ego vidi.

Apertio fiat

quo modo

Itaque illa apertio fit aut Cantherio a-  
ctuali & ferro ardente, aut potenciali,  
aut cultro idoneo & vibrata manu. Hic  
est modus & ratio aperiendi. Sed in a-  
pertione hac tria quaerunt, Quando, Ubi,  
Quantum.

quando

Quando aliquo modo dictum est jam,  
nimirum cum sunt exacti a morbo quae-  
draginta dies, & cum nulla spes evacuationis  
seorsum a Siperpurgationis.

ubi

Quantum vero attinet ad ubi, in quo  
loco Thorax aperiari debeat, hoc potest  
vel in dextro vel in sinistro latere fieri,  
pro conditione partis affecta.

Sed dicat

Sed dices ossa prohibent.

Verum est, sed inter medias costas moliri debemus perforationem.

Sed iterum vicina medulla spinalis impedit, & subjacentia viscera, Lien & vena traieculis in sinistro, Hepar in dextro

Et hoc verum est, statimque apertio in costis legitimis, non spacijs, ab inferis costis scissim numerando inter tertiam & quartam, vel potius inter quartam & quintam, remoto apertiois loco ad minimum tres a spinali medulla digitos.

Imo vero Quantum evacuandum sit, Aetas, pueris contenti copia, & putredo, Vitae, anni tempus & consimilia docebunt.

Quibus etiam consideratis, vel largius vel angustius foramen est faciendum, & semel vel bis in die evacuandum.

In ipsa autem pueris educatione Medicus se plane ad Hippocr. legis normam debet comparare, qui velut ex Delphica tripodem ita olim pronunciarit, (VI. ap. xxvii.) Quibus Pleuritidis vel Hydropicis, vel pueris, vel aqua omnis subito excidit, & cito moriuntur.

Atque hac ratione absoluta videtur omnis de Pleuritide historia.

## De HÆMOTYSI. seu Spūto Sang:

Ducturus de tabe, qui morbus pectoris inter precipuos est, non possum quin de spūto sanguinis prius agam, quod quamvis non semper, tamen saepe tabem praecedit, eius consensum praebet.

Itaque ut de spūto sanguinis exordiar, illud certo terribile videri debet, cum natura eius rei iacturam patitis, qua ipsi ad vitam tam est necessaria, eiusmodi autem est

50.

Object. & Rp.

Object. II<sup>a</sup>

Rp. II<sup>a</sup>

Quantum.

quam magis

Medici officio  
in educatione  
pueris.

Sang: spūt.

tabis nunci



51. Sanguinis  
neccesitas. est sanguis, succus natura ebarissimus,  
vita fons, nectar vivificum, quo singulari  
partium vis conservata, et in summa ipsius  
natura thesaurus.

Executio pe-  
riculosa. Non mirum itaq3 est si omnis excretio  
et rejectio sanguinis formidanda est; dummodo  
eam exceperis, qua mulieribus certis ac statis  
temporibus per uterum singulis mensibus perfici-  
tur, vel eam q post partum fit, fluxum lo-  
chorum.

Execret. Sang.  
different. Solet autem ex compluribus corporis partib.  
et apertis oculis et patentibus, idq3 frequentiss-  
sime sanguis manare. ut ex utero, ex intesti-  
nis, venis haemorrhoidalibus, ex naribus, ex  
collo vesicae, tandem etiam ex ore, et quaeq3 ex  
habitu corporis, quemadmodum fit per sangui-  
nis sudores, quod rarum est. Sed inter ce-  
teras, illa sanguinis rejectio est omnium peri-  
culosissima et maxime formidabilis, quam  
per os indies fieri videmus. Atq3 haec est illa,  
de qua agimus.

Etymologia. Graeci hanc affectum αιμορροειν vel  
αιμορροειαν; Latini euentam spuitionem, sive  
Spatum sanguinis appellarunt.

Sympt: in  
excretis. Est autem Symptoma toto genere peater na-  
turam, in genere excretorium: nam excernit  
id quod non debet, et a parte, a qua non  
debet. Et sequitur hoc Symptoma alias mor-  
bum organicum, ut cum insipitur vas; alias  
communiem, ut solutionem continui.

Part affecta. Pars affecta est vas sanguinem continens,  
sive ea vena sit, sive Arteria.

Differentia. Principes Sanguinis Spati differentia petuntur  
a tribus; a parte affecta; Ab excretionis mo-  
do, et a Causis.

A parte affecta. Ratione partis affecta, solet a varijs partibus  
sanguis manare per os, A Cerebro, Ventriculo,  
Hepate, Splene, Funicibus, Gingivis, Aspera arte-  
ria, Pulmone, Thorace.

Harum re,

Hortulani et Aristoteli tyrimo Sanguinis  
spitium. Josep. 7. tit. 1. 3.

DIREXITAE

Harum rejectionum quolibet communi  
modo a quo dicitur dici potest. Sed tamen  
realiter et proprie de illa tantum sanguinis  
rejectione, quia fit a partibus spiritibus.

92.

Si modum excretionis spectemus, Exit per  
os sanguis multis modis, Vomitus, Exspiratio  
omni simpliciter Excreta, Difficilia, Siccis.

a Modo excreti.

A Causis etiam differentia sumuntur. Aliud  
enim spiritum sanguinis fit ab aëre quodammodo, aliud  
a solutione continui; aliud a vasorum rupture,  
quod fieri ait Masarias II paracos sua 6.  
vel divisa vasorum tunica, vel aperto eorum  
osculo, vel sanguine transfusato et instar sicut  
soris transmissio.

a Causis.

Possunt et alia dari Sanguinis Spiritus differ-  
entia, alia enim est Critica, alia Sympto-  
matica; quaedam est continua, quaedam periodica;  
quæ Primaria, quædam Secundaria, quæ minime  
sequitur alios affectus, ut Anginam, Pleuriti-  
dem, Peripneumoniam. Alia iterum est  
Sincera, alia Mixta; in priore Sincerus et pu-  
rus, in posteriore panctus sanguis cum alio  
humore permixtus eicitur.

alio diffra.

Iterum a qualitate Sanguinis sumuntur  
differentia; Etenim vel eductus Spumosis, vel  
sine spuma Crassior, Flavior, Rubicundior,  
Niger, Salsus, Insipidus, vel alia qualitate  
infectus.

a Sangu: qual.

Sumuntur etiam tandem differentia a con-  
iunctis; Est enim spiritum sanguinis vel cum  
destillatione, cum febre vel putredine, vel hostia,  
vel absq̄ illis, quæ omnia diligentur sicut observanda.

a Coniunctis.

CAUSA.

Causas rejectionis Sanguinis qui volet in-  
dagare, videat Galen. v. Meth. med. 2, et  
v. de locis affect. P.

Causæ,

Ex suis autem vasis et conceptaculis tribus  
tantum modis exire potest Sanguis, per  
διὰ πύθρον, ἀνασφύρασμα, et διασφύρασμα.  
De singulis dicam ordinem.

tres.

Diaporesis



I. Diapedesis.

Diapedesis est, cum tunica vel membrana vasorum, in quibus Sanguis continetur, tenuiores & rariore facta sunt, quam ut Sanguinem possint retinere, qui tunc temporis stasis instar transcolatur. Quam quidem transcolationem adjuvare potest ipsa Sanguinis conditio, cum nimirum ille tenuior, biliosior, & feracior est. Hinc factum est, ut quidam Sanguinem ita excurrentem, non Sanguinem, sed carentem sicut dorem vocarint. Verum enimvero Spiritum Sanguinis raro fit ex Diapedesi.

raro fit.

II. Anasarca.

Anasarca (licet apud Galen. compl. locis denotet obstructionem apertionem, & apud Aetianum significet Appetitum, scribit enim veteres esitare solitas Olivas non Anasarca, ut doctiss. Dalechampius interpretatur, ad appetitum, vel deperditum vixim restitutum) tamen hoc loco longe aliud designat: vocatur enim Anasarca osculo venae vel arteriae apertio, quo osculo aperto Sanguinis profluvium sequitur.

Causa

Causas .a. habet duplices, Internas, Externas.

externa

Externae sunt, Victus, Aer nimis calidus, Balnea etiam calidiora, & Lotiones, Vini generosi usus, &c.

interna

Internae sunt, Sanguinis quantitas supra modum augeta, quod fit vel suppressis mensuris, vel haemorrhoidibus, vel ubi pars aliqua amputata est. Hinc fit, ut non solum succedat Sanguis, sed & confertim in oscula venarum irrumpat. Cruditas etiam & flatulentia Sanguinis venas distendit; & alia quae pruritans in eo qualitas idem efficit, ut in his fit, qui frequentes utuntur Aloe. Haec etiam facit vasorum resolutio & imbecillitas retentivae facultatis, quemadmodum fit in Cachectis & Hydropticis moribundis. Quod enim est in Ventriculo Lien-teria, in Renum exsolutione Diabetes,

Hoc in

hoc in venarum imbecillitate avaros humoris.

Diaeresis tertia causa est Spiritus Sanguinis, quae est divisio vasis, seu solutio continui, haec fit vel ab acuto gladio, vel telo seu cuncto, vel pungente, vel obtuso contundente.

Sed alia sunt potissimum Diaporesas Causae; Venarum sive arteriarum Ruptio, quae Haemorrhoea, et Erosio, quae Diaporesis vocatur.

Ruptio autem fit vel a causa externa vel interna.

Externae Ruptionis causas sunt, Jetus, Casus ab alto, Ira vehementis, Vociferatio, Vomitus, Tussis vehementior, Saltus, Cursus, Equitatio succursans, Exercitium violentum Cuius pilae illius quam Balon vocant, Immoderata Venus, Tripudium, et in summa vitiosa diatesi seu vitiosa victus ratio; Et propterea juvenilibus ob intemperantiam aegrotantibus, et Tabes est saepe et familiaris a XXIII. aetate xxxv. annum. (Hipp. V. Aph. 2.) A Frigore etiam vena disrumpitur, quod Galenus dicit fieri accidens fieri, utpote coarctatis et densatis et frigoris vasculis sanguis totus concludi nequit, atque ita raptione sibi viam parat.

Hanc raptionem potest etiam causari potius aqua canosa, in qua latens Hirudo in praesentia denter simul imbibitur, quae intra fauces vel ventriculi coepus accepta venam aperit. Quae de Causa Galenus alias historias memorat.

IV. de loc. affect. 8. sub finem: ubi sic inquit.

a Eadem quoque ratione ex ventriculo erunt  
a epota hirudine evomitur. Ait porro, Ego enim  
a quendam cum nocte sitiret, misso puero, qui  
a aquam adferret, et in munda fonte bibisset,  
a in quo cum saepe sanguisugas esse cognovisset,  
a ratus id quod res erat, exhibito  
a idem pharmaco sanguisugam elicit.

Adit et alium aegrum, in quo quum sanguinem rejiceret, et fateretur se in stagno canoso juvenili

III. Diaeresis.

Causae

T. Diaporesis.

II. Ruptio,

Externa

Hipp. III. Aph. 29.



juvenili lusu cum alyo natasit & lussit,  
suspitione motis, ore aperto & ad radios so-  
lares converso, Hirudinis in meatu latentis  
caudam conspexit.

Interna,

Internæ Ruptionis Causæ sunt, quemad-  
modum & arthropodicos, distentio vasorum  
a plethora, Atq; hæc est causa, cur Hippo-  
crates. 1. Ap. 3. Athleticum habitum statim solvi  
jubet, metâ ruptiois.

Externa,

Externa etiam causa sunt, Alimentorum  
acriorum usus; ut si quis nimium indulgeat  
comedendo Sinapi, Piper, Zinziber, quibus  
cibi condiuntur.

Sunt etiam quæ proprietate occultâ ve-  
nas rumpunt, ut Euphorbium, Ruta silve-  
stris, & Lepus marinus, quæ ita Pulmoni  
antipathia quâdam nocent, quemadmodum  
Cantarides Vesicæ.

SIGNA.Signa,

Signa, ex quibus cognoscitur, a quibus cau-  
sis prodeat Sanguis sunt vel diagnostica, vel  
Prognostica.

diagnostica

Signa diagnostica, ob partium, a quibus  
manant, sanguis, diversitatem multis sæpe  
etiam peritis imposuerunt. Siquis tamen ea  
exactè velit interstinguere, tria sibi ob oculos  
ponat oportet, Excretionem, Dolorem proprie-  
tatem, & Accidentia.

1.º Excretio,

Primo quidem in excretionè Sanguinis duo  
advertenda sunt. 1.º Id quod excrevitur. 2.º  
excrevendi modus.

Excr: modusI.º

Si excrevendi modum spectes. 1.º Qui San-  
guis vomitâ rejicitur, a ventriculo est, sive  
aliunde, ut ab hepate & sic e eo infusus est,  
sive proprio ventriculi affectu id contigerit.

II.º

2.º Qui a faucibus & a Gurgulione est San-  
guis, simplici exspiratione exit: quemadmo-  
dum & is, qui ab ore, a Gingivis, & a

III.º

Cerebro est. 3.º Qui tussi rejicitur ab Organis  
spiritualibus est; nimirum Aspera Arteria,  
Pulmonibus, & Thorace.

Sed et

\* In H. a. & per animum infra descendens  
nominatim vacillat. P. Aginta. III. 31.

Sed et horum est etiam alia differentia, si enim illa Tussis est gravior, a Thorace est, si levior, a Pulmonibus: et levisima, ita ut iam quasi tussicula tantum sit, ab Aspera Arteria est.

Hic tamen obiter Notandum est, Sapientius si excerni Sanguinem, non affectis partibus spiritalibus; ut dum a Cerebro et Naribus ad Asperam arteriam et Pulmones decumbit. Confluendum itaque ad accidentia cuiusque partis propria. Quodsi quisquam velit applicare divini Senis auctoritatem; qui Sanguinem excerni e Pulmonibus vomitu scripsit: Dicendum est eo loco vomitum nisi spasi abesse, pro eo quod est largiter et ab hoc profundere.

Alia rursus sumuntur indicia ab eo, quod excernitur, nimirum a Sanguine, in quo tria consideranda, Substantia, Quantitas, Qualitas.

Substantiam si spectes, tenuis et spirituosus Sanguis e Pulmonibus est, teste Hipp. v. ap. 13. quia Pulmo alitur Sanguine tenuissimo in dextro Cordis sinu elaborato.

Sed Objici sic potest, Sape a Thorace et Gutture spirituosum Sanguinem exire: Verum quidem est; sed tamen hoc considerandum, aliud esse Sanguinem spirituosum, aliud Spuma permixtum: A Pulmone omnino spirituosus Sanguis est, ab alijs partibus Spuma permixtus. Addunt Arabes, in Sanguine ex Pulmone prodeunte rotunditatem Spumae conspici.

P. Aegineta Cui. 31. dicit vult colorem Spumae paululum albicantem esse ob aeris commixtionem.

Quodsi crassus et grumosus excernatur Sanguis a Thorace est: Grumosus autem fit, quia extra sua conceptacula frigidiore evadens statim coalescit.

Jam vero Sanguinis Qualitas a Color apertissime rem potest significare; Nam si floridus et purpureus excernitur, a Pulmonis vas est

Nota.  
1. organo

Object. et  
ap.

Excretionis  
Sanguinis  
Substantia.

Object. et  
ap.

qualitas.



Quantitas.

vasis est: Si niger & lividus, a venis Thoracis.

Quantitas deniq; excreti Sanguinis a qua parte fluat, patefacit: Si enim copiosissimus protrahitur, ex Pulmone est; Si paucius Thorace. Exit autem copiosior a Pulmonibus, quia eorum vasa sunt amplissima, Sanguis calidissimus, & totus fere Pulmo arteriosus est.

Hac itaq; sunt signa, qua ab excretionis sumuntur.

II.º Dolor.I.º

Secundum iudicium dixerimus sumi a doloris proprietate. I.º Si citra dolorem transiitudo Sanguis excretitur, a Pulmone est, quia Pulmonis substantia (ut & reliquarum narum ex xxvialov) est fere insensibilis, & nervis omnino orbata.

II.º

Si cum dolore exit Sanguis a Thorace est, quia Thoracis fere partes membranosa sunt, & exquisitissimi sensus.

III.º AccidentiaI.º

Tertium signum posui propria accidentia. I.º Si a Ventriculo procedit Sanguis, praecedit nausea, et propria ventriculi affecti signa apparuerunt.

II.º

II.º Quodsi idem ille Sanguis ab Hepate, vel Lien in ventriculum transfundatur, aderit in alterutro viscerum tumor & dolor.

III.º

III.º Si a Cerebro est, praevit tinnitatio palati, crebra exsputio, & insperatum palatum totum coenentim visitur: Addit Avicenna levitatem Capitis post excretionem, itaq; praesupponit gravitatem ejus praecessisse.

Causarum signa.

His itaq; tribus modis a qua parte fluat Sanguis poterit cognosci. Nunc insuper paucis nobis explicanda veniunt causarum signa.

Fluit a Thorace vel Pulmonibus Sanguis rupta, exesa, vel aperta vena, per diaxipov, diaβeov, & araovov.

reptionis.

Si a Reptione est, confertim & abeglos fluit Sanguis: & praesertim evidens causa.

Si ab

Si ab Erosione est, non confertim sed seu-  
sim & per intervalla fluit; itaq; non purus  
& sincerus, sed permixtus; praecesserunt  
exigua spūta, tussis, & destillatio hyemalis  
sive serena. Adde aetatem juvenilem, ha-  
bitum Corporis biliosum, usum acrim-  
alimentorum. (Cura ob mixtum bilium multo con-  
tingit.)

Quod si nulla eruptionis vel erosione ad-  
sit suspicio, sitq; corpus plethoricum, &  
copiosus fluat Sanguis, tunc est ab apertio-  
ne sive ἀραρώδωσι.

Prognostica signa eleganter expressit  
Hippocr. divers. in locis.

I. Progn: Sanguis per superiora erumpens,  
qualis qualis tandem est; malum. iv. aph. 25.

II. Sanguinis a Pulmone excretio periculosa  
est, quam quae ex Thorace, licet aegrotanti  
minus terribilis videatur, quia sine dolore est,  
ob infusibilitatem Pulmonis. Haec negat  
libertas, & contrarium statuit.

III. Si ab Anastomosi sit Haemoptosis, levi-  
or; gravior a Ruptione; gravissima ab Ero-  
sione. (Celsus iv. 4.)

IV. A Sanguinis spūto puris spūtam, malum.  
iii. aph. 15. Judicat enim plerumq; corruptio-  
nem vel Pulmonum vel prope Pulmones.

V. Quibus Sanguis vomendo a larga manu  
erumpit, unaq; febris, ac circa mammas,  
Thoracem & dorsum dolor, statim moriuntur,  
quibus vero illa nec omnia, nec vehementer  
sunt, tardius moriuntur; Nam quam  
longissime ad xv dies perdurant, quos ul-  
tra vitam non ducunt.

VI. Sanguinem vomentes, hominum est, si  
sine febre sint, si leviter tussiant, & si  
leviter doleant; Sed multum febricitant,  
& multum tussire, & Sanguinem subinde  
novum expūere, calamitosum. vii. aph. 37.



77. VII. Ultim. Progn. Sanguinem fluentem mulieri si mensuram fiat eruptio, solutio.

Cucurbitio.

CURATIO.

Tria sunt, ut & aliorum morborum remedia sistendo Sanguini dicata, Dieta, Pharmacia, Chirurgia.

Chirurgia.

CHIRURGIA.

Nos Chirurgiam praeferimus, quae quidem eius prima est necessitas.

Itaque in hoc affectu symptomati urgentiori prius est occurrendum, quam morbo. Symptoma est Sanguinis resectio: Itaque statim ille est sistendus, & revellendus, quod non potest fieri commodius, nisi per sectionem venae in eo brachio, quod parti laesa oppositum est.

Vena sectio.

Extrahetur autem ea quantitate Sanguis, quae idonea videbitur ei corpori, quod praemanibus est.

Ad lipothymiam usque Sanguinem mittere, (quod vult Galen. v. met. med. 8.) non possum laudare; Periculum enim est, ne ex duplici Sanguinis exitueger perdat. Itaque potius eum extrahemus per epierasin, nimirum per oppositas vices, iam ex uno, iam ex altero brachio, extento tam diu venae vulnere aperto, quamdiu Sanguinis effluentis impetus cessaverit.

Possunt etiam & debent Cucurbitulae absque scarificatione utriusque Hypochondrii applicari ad regionem lienis & Hepatis, ut ea ratione Sanguis fluens possit revelli. N

Cucurbitio.

Non omittenda interim extremarum partium frictions & ligaturae. Ego lapis sine tanquam pro miraculo competere habeo, Sanguinem a quacunque parte fluentem sisti, Si lintea vel spongia posca madida, frigida testibus (scilicet partibus genitalibus) applicentur.

Frictione & Ligatura.

PHARMA

Sanguis male, at  
est syncope, in  
Itaque, talem  
vna sectione  
ad Medicina, per  
liber Galen.

PHARMACIA.

60.

Pharmacia

Postquam eo ventum est, ut cessaverint  
profluentis Sanguinis impetus, Statim ad  
remedia confugiendum est, quae primo quae  
dem debent esse refrigerantia, adstringentia,  
& consolidi, ut nimium Sanguis refrigerari,  
constringi, & solutio continui consolidari  
possit. Galenus laudat aquam frigidam,  
sed meo iudicio, si ea videtur dura, potius  
stillatitiam exhiberem ex Plantagine,  
Portulaca, Polygono, & Sympbito majore,  
& id genus alijs refrigerantib: & adstring:

remedia  
fr: adstr:

Ego in tali casu soles miscere (si haec  
veri potest) Saccharum ex Plantagine recenter  
expressum, & cum vino Rhenano & paulula  
lo Sacchari commixtum: addo autem Vinum,  
ut vis succi profundius penetret, & non  
spiritales partes nimis refrigerent. Hoc  
medicamentum ita soles praescribere

℞ Succo Plantag: recenter expressi ℥ij vel  
etiam iii, misce cum consueti quan-  
titate vini Rhenani, & addendo parvum  
Sacchari vel Oxymelitis, videlicet ad  
℞ss. si. potio.

Potio refriger:  
& adstring.

quae unica vice exhibeat: Si fluxio con-  
tinuet, repetat. Quod si vis vini, ut ni-  
mis penetrantis, metuat, sume tantundem  
Aq. Rosacea, vel Plantaginis.

Si tamen continuata adhuc fluxione  
ad vim ejus remedi Natura nondum auferat  
tet, Adde Boli Armena, & Terra si-  
gillata an ℞ss. Praestans hoc est, & gra-  
tissimum medicamentum.

Familiaris etiam est exhibere Thoriacam  
recentem, cujus etas, ut ita dicam, mensura  
nondum tulit: ejus Thoriaca exhibet ℥j,  
vel ad summum ℞ss, & cum aliqua sicca  
Aqua stitt: in coctuari misce, et exhibeo.

Tam




N<sup>o</sup>. Perium: pp. 397. ex Gal. vii. di<sup>o</sup>  
comp. med. s. l. In Hamoptysi

Pharmacis adstringentibus, admixcet  
contraria, calida tunc in partibus.  
(Tunc infestissima sunt tibus illis  
vaporem affectionibus, Respirationi,  
Ruptioni, Resioni, ) miscetur a distu-  
butionis gratia, ut adstringentibus  
strenant viam.

Sed hoc locum { habet si per  
Aspera Arctices } Sang:  
non habet }  
si Desphagia } respicit

fol





61.  
Theriac  
reccus.

Tam recens Theriaca narcotica est, ob  
nonnūm rotūsam Opj vim, & facit ad flū  
entis Saug: quāsi congelationem. In  
ajūs locūm velūt succenturiatini potest  
succedere Philonium Roman: Pitt. de  
Cynoglossa, sive hequies Nicolai, vel  
etiam Landanū nostrūm.

Hozūm Remedior: pro v<sup>o</sup> nata & con  
stitūtionē aegri idonea quāntitas eligenda  
est.

activa Potio.

Si malis exhibere selectam quādam  
ad hanc rem potiunculam, tale componit.

- ℥ Trochiscor: de Carab<sup>o</sup> ℥β,
- Terra Sigill<sup>o</sup>. ℥ij.
- Ababarb. usti. ℥β.
- Syr. Myrt<sup>h</sup>ini ℥β.

— cum Aq. Plantaginis. Fi. parva potio.  
Atq; haec quidem faciunda sunt durante ipso  
Sanguinis fluxu.

Cessante fluxu  
Sanguinis.

Postquam vero ille cessaverit, & medico  
ulterius quid agendi mora conceditur, praescri  
bendus Linctus, vel Opiata, quibus hoc Sym  
ptoma in postmodū casset, aut saltem in  
longius spatium differat, ne novo indies ter  
rore aeger quasi occidatur, tale Lych solo  
ad rem praescribere. (Lych. M. p. 156.)

praestans  
Linctus.

- ℥ Albumen Ovi in aqueam substantiam  
conquassati ℞ij. Admisc<sup>o</sup> aq. pond.  
Saccarū rosati tabellati, & quān  
tūm videbitis Amyli, & para in  
consistentiam Eclogematis.

Conserua

Opiata sive Conserua, si eam mavis, haec  
erit. ℥ Conserua Rosar: antiq.

- ℞ Radicis Symplicis majoris ℞ij.
- ℞ Flor: Nymphaeae ℞β.
- ℞ Trochiscor: de Carab<sup>o</sup> ℞ij.
- ℞ Pulv: Electuarj, hirtzagacant hae  
— frigida ℞i.

Coralli

// // Coralli rubri,  
S. Papaveris albi. ℥ij.  
Syr: de Rosis siccis . q.s.

Misc. & fi. opiata mollis. de qua sumat  
ad quantitatem Castanea.

Si illustis Persona sit, quam tractum  
dam habes, poterit fieri egruam Destillatam,  
(quo alternatim utats) hoc modo.

Destillat:  
pretios.

℥ Rad: bistorta,  
Symphiti majoris an. ℥ij.  
Pulv: electuarij Triasudali ℥ij.  
Lapidis Aemathidis,  
Coralli rubri, } oium pul"  
Coram Cervi pparati } utisator. an. ℥ij.  
Trochiscor: de Spodio,  
de terra sigill. an. ℥ij.  
Syr: de Papavere ℥ij.  
Aqvar: still. Plantaginis,  
Portulaca,  
Rosarum,  
Vini granator: an. ℥ij.  
Decocti unius Perdicis &  
duorum Tractonum lb. iij.

Addo micam panis albisimi in Vino Grana-  
torum macerati, & carnem unius Caponis,  
adentis ossibus, crudi contusi; macera per  
biduum vel triduum, & destilla. (per Alembicum)  
Ejus, qui inde destillatus est, liquoris ex  
hibeo aliquando Cochlear unum aut alterum.  
(bis aut ter in die.)

Sed quandoquidem convalescentibus ex hoc melle  
sepe non est integrum domi manere, et negotia  
sua extra suos lares procurare cogunt, ut etiam  
tum habeant, quod contra morbum militet,  
solco prescribere has sequentes rotulas.

Rotula,

℥ Gummi arabici,  
Traga cantba,  
Amyli. an. ℥ij.  
Succi Squiritia ℥ss. Mastice



ii Mastice ℥j.  
Sacchari penulmati ℥j.

Cum Aq. Rosali Rosar. infusionis Tragacathæ  
fi. Rotula in ore tencuda.

Notand.

1<sup>o</sup>

Nolo vos alijs remedijs onerare, cum  
hæc sufficiant. Hæc duo tantum in cha-  
tione hæc monere volo. 1<sup>o</sup> Si prægnans sit  
ager; ne valido medicamento corpus agitats,  
sed potius, si alvus sit adstrictior, ea Clystere  
emolliente sollicitanda est, vel exhibe tale  
medicamentum, et præcipue si tibi comper-  
tum sit, sanguinem nimis esse serosum vel  
acrem. 2<sup>o</sup> Habarb. optimi ℥ij.

purgatio

S: Amisi

infunde per noctem in Aq. Ciborij in con-  
tatura manu expressa ℥ij. Dissolve  
Manna Calabrina ℥j, vel ℥iſſ. Misc  
et fi. potio.

ii<sup>o</sup>

ii<sup>o</sup> Tandem vero si hoc tibi cognitum sit,  
aquæ pluvij originem habere ex subtili et  
acri Catarrho ex capite in Pulmones de-  
cidente, statim medico de fontinella ap-  
plicanda cogitandum est; Quo solo remedio  
memini me multoties magna cum laude  
complures curasse.

Fontinella.

### EXTERNA REMEDIA.

Externa  
remedia.

Oportet etiam aliquando uti externis re-  
medijs, quia sanguinem sistentia etiam ad-  
hibenda sunt, non tamen talia, ut nimis ve-  
hementer adstringant, ne sanguis in pedore  
coaguletur.

Externa Remedia sunt,  
Unguenta, Linimenta, Cataplasmata, Epithemata.  
Unguenti exemplar tale esto.

Unguent:

2<sup>o</sup> Ol. Rosar. - Cidonior. et mastich. an ℥ij.  
Spody, Amyli an ℥ss. Croci gr. vi.  
Cera alba q.s. fi. Unguentum.

Si Linim

Si Linimentum maris, huiusmodi praescribatur. 2

Accungia Armeni. ʒB.

Boli Armenia,

Saug: Dracon.

Terra Sigit. an. ʒB.

Rad: Joidis Foccatin. ʒj.

Muccilag: Tragacantha ex Aq.

Rosae: extracto ʒB.

Ol: Cydonior: ʒij.

Misce, si. Linimentis.

Si Cataplasma velis; Confice ex Thure, Bolo Armenia, Terra Sigit. incorporatis frigida cum Ovi albumine.

DIETA.

Intermedio curationis tempore summa est an est habenda diata ratio, qua sola saepe totam curationis negotiam perficit.

Itaque quantum ad Aera attinet, quantum possibile est, ille sit temperatus: Vitandi Solares & Lunares radij: Etiam ex nimis luminoso aere se segreget ager: Sanguinem enim movent, & a Centro ad Peripheriam vocant.

Ob eandem rationem vitandus est aspectus ignis, & rubri coloris, qui etiam Sanguinem movent & exagitat.

Si idem Aer nimis calidus sit, & si persona, ut saepe fit, eximia sit, quam pra manibus habes, alteretur odoramentis, qua in ignem inspicunt, talia sunt Sandala, Rosa, Viola, Flores Nymphae siccati, & similia.

Motus nimis universi corporis nocet & exercitium: Sola inferiorum partium fritiones adhiberi solent.

Quaecumque Sanguinem agitant, ut ira, gaudium, tum etiam qua spirabilia organa movent; ut magna respiratio, spiritus cohibitio, & vociferatio fugienda.

Cibi in universum sint refrigerantes, glutini

69.

Liniment.

Unct, vitelli, aut olei,

Cataplasma

diata.

Aer,

Motus,

Animi partem abemata,

Cibus,



glutinantibus, viscidis, adstringentibus: Non  
 falsi, nec amari, nec acidi, nec aperientes.  
 Vitius sit extenuans, praetenens; praesertim  
 si a coactione, vel ab anastomosi vasorum  
 sanguis fluat. Carnes concedantur vis-  
 cidae, & succulentae: ut, agninae, vitulinae,  
 iuvenis porcinae, & extremitates anima-  
 lium; ut, pedes & capita; & praecipue  
 possunt pedes ovilli vel agnini coqui non  
 stro more cum uris Corinthiacis: Sic  
 etiam saepe coquantur iuscula carniuum  
 cum recentibus malis Cydonijs: Lac inter  
 alimenta principem locum obtinet, &  
 praesertim coctum, & ignitis lapidibus ex-  
 tinctum. — Sed haec omnia rata sunt  
 si desit Febris. Si venarum adsit erosio,  
 iuscula laudantur ex Oriza, Hordeo, Lentis-  
 bus, Cicere; fortiter, sed lento igne, &  
 quasi ad similaginem coctis: vel fiant  
 pulmenta ex eorum recentium farinis. Decon-  
 quantur autem haec omnia in lacte ignito,  
 vel in aqua pluviali ferrata.

Epith. Virg.

ambrosia. ff  
suerosis.

Potus.

Pro potu utemur vino Cydonicorum,  
 vel Morellorum vel Granatorum; vel si  
 vino ager non sit assuetus, sed mactae  
 cerevisiae, ei incoquantur caproli vitis.

Uera comedat ex Portulaca, Eudivia,  
 Lactuca, Plantagine.

Quaestio est inter medicos, an Acetum  
 conveniat in hoc morbo? Laudat Avi-  
 cenna illius usum: Averrhoes damnat.  
 Ille laudat, quia repellit & cohibet mu-  
 tum sanguinis; sic damnat, quia trisim  
 movet & sanguinem attenuat. Sic habet.  
 Convenit sane acetum cum aqua mixtum,  
 si concretis sanguinis suspicio sit; alio-  
 qui minime laudandum.

Potus sit vel Cerevisia tenuis, vel  
 Aqua

Aqua ferrata cum vino Cydoniorum, vel Granatorum mixta. Si Febre vali-  
dior vino tamen ager abstinere nequeat,  
eligatur rubrum, adstringens, & Stypticum,  
multa aqua ferrata dilutum.

Somnus vigilis preferendus est, non  
tamen continuus nec diuturnus, sed in-  
terruptus, ne in Pulmone retineatur  
Sanguis: Dormiat ager capite aliquan-  
tulum elevato, & in sanam partem,  
quoad fieri potest, decumbat; ne pars  
affecta incalcescat.

Somnus &  
vigilia.

De TABE seu PHTHISI.

Si dictionem Phthisis species, omnem a  
quacunque causa ortam emaciationem significat,  
sive ea partium sit, sive totius corporis, nam  
& partium Phthisis esse potest, atq; ea ratione  
Hippocrates phthisin sive tabem Pispille nominavit.  
Siciter etiam Phthisis partium luxuriam, &  
incremento & nutritu suo prohibentur.

Phthisis seu  
emaciatione.

Propris autem Tabes de Pulmonum ulcere dicitur.  
Recte Authores Phthisin a verbo phthisis vel  
Phthisis derivant, quod est corrumpo, destruo,  
absumo; quia in universis corporis habitus in  
hoc affectu consistit, unde & Tabes Consistitio.  
a Gal: Aetliano dicitur: Athetibus phthisin  
Latinis Tabes vocata.

etymon.

Sunt sane affectus quamplurimi, qui tabem  
sive emaciationem totius partium, quae emad non  
sunt in Ventriculo, Malachia, Dyspepsia, Vom-  
itibus: In Oesophago ob inflatas ibi glandulas  
obstructio: In Intestinis Coeliaca passio,  
Lienteria, Diarrhoea, Dysenteria: In He-  
pate hydrops: In Cysti fellis & in Lienis  
seterus: In Renibus diabetes: In Venis  
debilioribus Haemorrhoides: In Utero Phthisin  
maligna, qui Phthisis dicitur:

Tabes varia  
partium  
variarum.

In Vasis



In vasis Spermaticis Gonorrhoea: In  
singulis Partibus Atrophia: quemadmodum  
in Cordis Nervosis.

¶ pessima:

Sed tamen ab Ulcere Pulmonum coloris  
contabescit corpus; et ea tam evidens est ex-  
tenuatio, ut (quemadmodum annotavit Aretaeus)  
T de caus. & sign. disturnor. morb. 2.) homo  
sceleti formam induat; exhaustis omnino et  
colligatis carnibus, ita ut merito ea demum  
emaciatio Phtisis per Excellentiam dicatur.

caus. Causa,

Cum autem tam insignita decorporatio,  
& marcor in talibus contingat, triplex  
Causa ponitur. I. Febris continuata.

II. Ulceris edacitas. III. Spiritus vitalis impuritas.

1. Febris continua. Sectio

1. Febris itaque imprimis adest continua et  
hectica, per quam ab ipsius Ulceris eluvie  
perpetuo exhalat putridus quidam vapor,  
qui ad nobilissimum viscus, Solem parvi  
mundi, Cor, identidem allabitur. Ad hoc quia  
Ulcere infectus, & graviter incalescens Pulmo  
debitum Cordi non suppeditat refrigerium;  
cujus naturam calidam in aestuosam & se-  
bilem degenerat; nihil autem tam potenter  
potest ad exhaustionem & extinctionem  
calidi nativi, quam ardor febrilis.

2. Ulceris edacitas.

II. Ulceris edacitas accedit, ferivam enim  
ulcus est, & non simplex, quod passim  
vocat Hippocrates Pyeloxia, Galenus Pyeloxia  
Pyeloxia n. malignum, seu mali moris: Et tunc  
more capacissimi Sapi plus absunt Sanguinis,  
quam a Cordis potest suppeditari, ob vasa  
Pulmonum capacissima, & perennem eorum  
motum, cum ardore febrili conjunctum,  
unde fit, ut reliquae partes vivifico suo  
nectare detrita contabescant.

videtur.

Pyeloxia.

Ceterum vides hoc, de quo loquimur,  
meritisimo Pyeloxia appellavit divinus  
Senex; quia illorum agrorum, qui hoc  
thetiomate laborant, ungues, non scelus  
ac ferivis



ac ferarum reſervantur; colligatis ſu-  
trimq; caribus, quæ linguam erant ſu-  
damenta; & deficientē ob perpetuam col-  
liquationem glutinoſo illo humore, quo  
linguæ generari, accreſcere, nutri, & per  
appoſitionem, non autem aſſimilationem pro-  
dici ſolent.

III. Spiritus vitalis impūritas reſtat; 3. Spiritus  
qualis enim Aër (ingit princeps Medicor.) vital: impūr:  
tales & Spiritus, tales humores, talia no-  
stra corpora. At Aër inſpiratus tabifi-  
cam & venenatam ab Ulceris chūrie ac-  
quirit in Pulmonibus qualitatem. Ab eo  
itaq; impūri generantur Spiritus in Cordē,  
quorum denſo & nūbiloſo lumine partium  
vitracitas nec illuſtrari poteſt, nec reſici.

Post hæc prolegomena accedamus ad  
Tabis definitionem, quæ ex Galeno in Cōn:  
quæm ſcripſit ad Ap. 16. vii talis colligit.

Tabes est extenuatio univēſi Corporis,  
cū febre continū, eaq; lentā, & hecticā,  
ab Ulcere Pulmonū inſanabili orta.

#### DIFFERENTIE.

Variæ ſunt Tabis differentie: Nos ex  
doctrina Medicorū principis duplicem Ta-  
bem in genere agnoſcimus, primigeniam ſcē  
primariā, & ſecundariā, ſympathicā  
ſcē dōtēropathicā.

Primigenia est, quæ nullo præcedente tho-  
racis affectū primario invadit.

Secundaria, quæ fit ab alio affectū tho-  
racem infeſtante. (De quæ pag: 109.)

Tabes primigenia itorū duplex est,  
prior fit a rāptionē, posterior ab eroſionē.

Prioris meminuit Hippocrates V. ap. 9.  
ūbi in illis etatibus, in quibus maxime vna  
pūntur vna, eam contingere dicit; Quæ  
etates



Adolescentib;  
Familiaris.

etates duae sunt, videlicet vixiorum & Ad-  
vexiorum. Adolescentium & Juvenum.  
Adolescentibus autem maxime evenit Ta-  
bes ab Anno xxv. usque ad annum xxv.  
Juvenibus a xxv. usque ad xxxv.

Est autem tabes hisce etatibus familiaris,  
vel per se, vel ex eventu.

Per se,

quia Adolescentes & Juvenes om-  
nissima habent vasa sanguine turgentia;  
præterquam quod in ipso illo sanguine inter-  
num Orgasmus fit.

ex eventu,

quia Cibo & Potu utuntur  
liberaliore, voluberrantur, irascuntur impetu-  
sius, & exercitio utuntur violentiore.  
Hinc Galenus ait illas duas etates, ut  
lucto, armorum, saltus, equitationis, cras-  
tula, ita per consequens raptionis magis  
esse capaces, & per consequens peritiosas.  
Secundum dictum Hippocriti: A Sanguinis  
spatio, præis spiritum; a præis spatio Tabes.  
quomodo autem a vase rupto fiat tabes,  
dictavit olim summus Doctor hoc modo.  
Rupta vena inquit effunditur Sanguis in  
spatium Thoracis, qui extra sua concep-  
tacula putrescit, hinc præis, a præis acri-  
monia ulcers.

lib. 2. de morbis

ab erosione

Posterior tabes, ut diximus, ab erosione  
fit, quæ fit a destillatione serena, quæ nisi  
si temporis lapsu quiescat acidos & tustificus  
losos facit homines, & tandem tabidos: hinc  
secunda illa differentia.

Secundaria.

Secundaria vero tabes est, cum aliam  
precedentem morbum sequitur: quemadmodum  
cum Pleuritide, Peripneumonia, Empyemati  
succedit. Quæ de re existat illud Hip-  
pocriti. Qui ex Pleuritide Empyici fiunt,  
si a raptione Empyematis intra quadrage-  
simam diem repurgentur, liberantur; alioquin  
in tabes



in tabem abeunt.

Est & alia Tabis differentia, quæ Hippocrati Tabes medullæ dicitur, quem & idem Dorsalem vocat: quæ fit ex siccato dorso & lumbis, & potissimum contingit illis, qui novo & placido matrimonio conjuncti, diu Ventri nimis sacrificant.

Observarunt Recentiori aliam tabis differentiam, quæ fit a propria Pulmonis corruptione; sed quandoquidem hæc postrema tabes est illa, quæ Dorsalis nominatur, absque ulcere Pulmonis sunt, ad proprias tabis differentias non pertinent.

### CAUSA.

Causæ Tabis tres sunt potissima, Procatbarctica seu Externa, Antecedentes, & Consuetæ.

Causa externa procatbarctica hæc sunt, Aeris vitium, & venenata aura, quæ ab alio tabido emanat: Nam quicquid alijs contradicant, Tabes est morbus contagiosus. Ita ut recte Galen. 1. de different. febr. 2. conversationem cum

his qui tabidi sunt, & præsertim qui jam prius exphunt, non securam & periculosam dixerit. Potest etiam hæc morbi causa esse aura quædam maligna & inexplicabilis acris qualitas, quæ teste Aristotele tabidos homines facit: quod in <sup>auri</sup> & argenti fornibus videre est, qui ferè omnes a venenata metallorum aura tabe percutiunt. Præterea causas tabi præbent, æpentina tempestatum mutationis, ut, si Aquiloniam tempestatem Austrina exceperit.

Sic etiam inæqualitas Anni temporum ipsorum tabem excitat, unde Hippoc. in apb. 10. Autumni tabidis malis. et item Hippoc. ejusd. lib. apb. 13. Estate vero exphunt febræ & Aquilonia, Autumno admodum pluviosa, tabes excitantur.

Hæc etiam

70.

Tabis me  
dulla, sive  
dorsalis

Nova.

Causæ

externæ

Tabes morbi  
contagiosi est.

\*ut in India, quo ex Guinea & Angolam  
omni hunc transferebant

In Sicilia etiam in Cypri solinis id æquid  
contingit: Sicut autem alio edices, ut quoniam  
tam alias via in tantum unius homo con  
stat. l. Riba.



Hæc etiam facit præva victus ratio, & usus  
alimentoꝝ calidiorum & acriorum.

Deniq; quodcuq; vasa disrumpere vel erode-  
re est idoneum, illud Tabi calidam procan-  
tharcticam subministrat.

Notandum & observatū interim dignū,  
illud, quod Alexander Aphrodis: & Avicenna  
dixerunt, nimirum eos tabem incurrit  
quibus uvula vel descissa est, vel alia de causa  
sua pergit; Ob cuius ablationem inspiratur aer  
frigidior, unde Sanguis crassior & densior,  
& pulmonum substantia tenacior; jam vero  
cum pulmo per vim moveri contendit, vasa  
pantur vasa, & fit Tabes.

Si sexum consideres, mulieres magis  
tabi obnoxia, quam viri.

antecedentes.

Quod ad causas Antecedentes attinet,  
ea etiam varia; Ruptio vasis, Destillatio  
ferina a pituita salsa, Pulmonum imbeci-  
litas, eorum nimirum nimis mollis  
tenella & corruptionis capax substantia,  
vitata etiam Thoracis conformatio, cuius  
meminit Hippocr: in Epidem: Maxime,  
inquit, moriebantur, quibus Natura verge-  
bat ad tabem. Per naturam ibi corporis  
conformationem intelligit. Talis Hippocr:  
appellat Aegyptiadeas, quod (interprete Ga-  
leno) denotat eos, qui scapulas habent instar  
alavum prominentes, cervicem oblongam, pe-  
ctus angustam.

tabes hæc  
vitata.

Inter causas antecedentes etiam est hæc  
reditas, nam Semen parentium hanc etiam  
calamitatem formato ex sese corpori infert:  
ut enim Nephriticis Nephriticum generat,  
ita Phtisicis Phtisicum.

conjuncta.

Causa tandem conjuncta est humor  
eridens & exulcerans.

SIGXA



SIGNA.

Signa diagnostica & pathognomonica Tabis sunt tria: Febris continua & lenta: Spūm purulentum. Et totius corporis extenuatio.

Febris autem duplicem habet naturam, pituita & hectica. Pituita quidem est ob ulceris eluviem, hectica ob incendiū Cor adis a Pulmone non refrigerati, seu ventri latu.

Spūm purulentum signum est in separabile Ulceris: Nunquam enim ulcus sine sordibus.

Verum enim vero quandoquidem rudioribus aliquando imponit pituita quaedam putescens, & pūis formam ob crassitē referens: Hisce notis poterit hoc discerni. 1.° Imponantur spūta carbonibus ardentibus; si fatent pūis lenta sunt, si non fatent pituitosa. 2.° Injice etiam in aquam, si facile solvantur, pituitosa; si combinata & coacta manent, putescens sunt. 3.° Quinetiam ex ipso spūti excrementis fatore, et ex pūitionis difficultate & gravitate purulentum spūm conjicit medicus.

Quod si cum spūto bronchiorum Pulmonū pars quadam excernitur, est certissimum signum pulmonis erosi & ulcerati.

Extenuatio universi corporis & marcor est postremum signum Tabis pathognomonicum: quia extenuatio in principio quidem levior est, tandem vero perfecta fit & exitialis.

Signa Tabis prognostica haec sunt.

I. Prognostic: Ulcera pulmonum a qua cumque causa fiunt, aut difficillima curantur aut insanabilia sunt. Et insanabilia quidem ob complures causas. 1.° Quia ad coactum opus est quiete, at in perpetuo motu est pulmo. 2.° Spermatica est pulmonum

72.

Signa Tabis  
Inost: &  
pathognomi:

I. Febris.

II. Spūm purulent:

diagnotio a pituitoso.

I. a

II. a

III. a

Bronchiorum excretio.

III. Corporis tot: exten:

prognostica Signa.

I.



monum substantia, et visa illius am-  
plissima: at hac difficillime coalescunt.

3.<sup>o</sup> Medicamentorum vis integris visibz ad  
pulmonem deduci non potest. 4.<sup>o</sup> Cōtra-  
ad sunt perpetuo iudicationes, quia contrarij  
sunt affectus. Febris refrigerantia et hu-  
mectantia: Ulcus siccantia et calefacientia  
desiderat. 5.<sup>o</sup> et postremo Convenientissi-  
mum et unicū tabis remediū auget  
ulcus. Non potest nimirū ulcus purga-  
ri nisi per araxadagorū & spūti per supen-  
ciora et per os purgationem. Atqz hac non  
potest fieri sine tussis: Tussis vero suo  
motu dilaniat et destruit ulcus.

**II.**

**II.** prognost: Tabes juvenibus familiaris  
a xxv. usqz ad xxxv. etatis annū. v. apb. 9.  
(quia tūc Sanguis & in Cragmo)

**III.**

**III.** Autūmnus tabidis malus. III. apb. 10.  
Etiam et Ver. Hipp. 1. Epidem. Autūmnus  
quidem malus. per se, quia temperamenti  
inæqualitate cacochymiam gignit, corpus  
suo humido defraudat, Toracem inaspheto  
frigore laedit. Ver vero tabidis malum  
per accidens, idqz tribus modis. 1.<sup>o</sup> Quia  
proteritatum tempestatū vitia excipit.  
2.<sup>o</sup> Quia jam auctiore et fusiore sanguine  
venas aperit. 3.<sup>o</sup> Quia temperiem agri  
novā temperiē emutat. Hinc Hippoc. in Epi-  
dem. (lib. vi. sect. 7. text. 19.) Autūmnus inquit  
tabidis malus; malum itidem et Ver, ubi  
fiunt folia sicut pedibus cornicis similia,  
quod fit per Veris initium.

**IV.**

**IV.** Tabidis alvi profluvium superveniens  
letale. v. apb. 14. Judicat enim diarrhoeam  
et Catarrhi maligni prolapsū in alvum  
ob Hepatis aut Ventriculi imbecillitatem:  
utro tandem modo fiat, letale: quia quo  
plures partes labefactants, eo res agri  
pejorē



pejori sunt loco. Jam antea erat labefacta  
etata partium spirabilium oeconomia,  
nunc nutritus praesidia collabuntur.

**V.** Quibus tabidis capilli defluunt ex  
capite, malum: hinc alvi profluvio si  
perveniente moriuntur v. aph. 12. Defluunt  
autem capilli triplici de causa, aut ab  
affluxu pituita salsa, aut a cunctis squalloribus,  
aut a paupertate humoris spermatici.

**VI.** Si tabidorum spiritum carbonibus im-  
positum graviter olet, & una capilli deflu-  
unt, moriuntur. v. aph. 11. Factor enim est  
insignita putredinis soboles.

**VII.** Si pus tabidorum in aquam ma-  
zinam injectum supernatet, bonum: si  
subsident, mortiferum: indicium enim est  
illud spiritum grave esse, & spiritibus suis  
privatum, quod succumbentis naturae si-  
gnum est. Quamvis autem Aetacus has  
spirituum per aquam mazinam & ignem  
explosiones videat, cum longe certiora ta-  
lis indicia ipsa aulopix praebet; tamen  
sciendum est Hippocratem hac non statuisse  
ut cognoscatur tabes, sed ut cognoscatur tabis  
periculum.

**VIII.** In tabe spiritum si suppreimat,  
& non amplius exeat, letale. vii. aph. 16.

### CURATIO.

Si curari potest hoc malum, (curu autem  
& via potest) hac via eundem est.

In primis diligens habenda Dieta ratio.  
\* Aer activus temperatus sit: passivus siccus  
vitandus inaequalis.

Cibi sint euclymi & eupepti, cocti faci-  
les, tenuium partium, & parum abstergentes.  
Panis sit albus, ex optima farina compositus,  
nec durus nimis nec acetus. Commendat,

Carnes

### DIETA.

\* Galen. testat, se plures curasse aere, quas  
medicamentis. Tabidos. n. ad tabias ablega-  
bet in dietas.

Cura.

Dieta

Aer.

Cibus, eu-  
clymatis &  
eupeptus.



15. Carnes vitulina, ovilla, gallinarum, jun-  
nicorum curculionum & leporem; Item Avium  
um montanarum, turkorum, columbarum  
um silvestrium, perdicum, phasianorum  
turdarum, fringillarum, alaudarum; Gall-  
lorum etiam testes & coisae. Ova etiam  
sorbilia in usu esse possunt. Pisces eli-  
gants saxatiles, sed quia illis destituntur,  
alii in eorum locum substituendi sunt. (Carp-  
post, batus, &c.) Commendantur etiam  
testudines nemorales, quorum caro viscida  
absterget, impingit, glutinat. Canceri  
etiam flaviatiles, qui tam manifesta ter-  
gendu, glutinanda, quam occulta quali-  
tate pulmones juvant, teste Avicenna.  
Commendantur etiam ranarum corae, & li-  
maces ex arte preparati, ex quibus pe-  
ditioribus pasta electuaria & analeptica  
quaedam confectiones sunt. Sed his omnibus  
in nostris regionibus carnis, ideoque alia  
sunt excogitanda. Scorbitiones prodeunt  
ex ptisana, oriza, lacte, hordeatis, aven-  
natis, panatellis, potest addi saccharum,  
vel coquantur etiam farina hordei, tritici,  
avenae, in jusculis gallinarum pullozum,  
perdicum, phasianorum, caponum.

Potus.

causato comis  
etiam potus adhibe  
in nocturno  
vicio. v. 200.

Somnus &  
vigilia.

Motus & qes.

At paterna

LAC  
convulsus  
tabidis

mulieris

Abstineateger a vigilis, & Somno  
meridiano.

Modico utatur exercitio: navicula  
aliquando exspatiatur sicco & sereno aere.

Ab ira, tristitia, & consimilibus animi  
affectibus, & a negotiorum mole se temperet.

Inter omnia alimenta convenientissima  
mum Lac, quod triplicem in se complectitur  
substantiam: Casiosam, Butyrosam, Serosam.  
Prima reficit, nutrit. Secunda glutinat.  
Terttia deterget, refrigerat.

Inter omnia lactis genera commendatus mulierum, utpote  
nostrae naturae amicum, & maxime familiarum.

Hoc lac

Forest: W. Obs: 5. Feb.



Hoc lac ex ipso ubere sigendum est, modo  
infantium; vel saltem recens multum  
et calidum bibendum est. Sit autem ma-  
lier sana non gravida. Praefertur lac  
mulieris, quae puellam peperit, est enim  
frigidius. Proximum lacti muliebri  
praestantia et bonitate est asininum, quia  
tenuissimum est, maxime serosum et mini-  
me coagulatum. Lac capillum medio  
modo se habet, quo saepe in hisce re-  
gionibus utimur, eamque capram conveni-  
entibus herbis nutritus. Cum hisce desti-  
tuimur, ovillum et vaccinum debent vices  
ejus supplere.

In usu autem lactis tria spectanda,  
quantitas, qualitas, utendi modus.

Quantitas primis diebus non excedat  
z<sup>ij</sup>, augetur sensim dosis ad z<sup>viii</sup>; pro-  
natuura, aetas, consuetudo aeri feret, ultra  
octo, aut raro, aut non itur.

Qualitas lactis alteranda, pro diversa  
ulceris natura et conditione. Si magis ab-  
stergendum est, nutrit animal, quod lac  
praebet, pane, fursu, hordeo, farinulo,  
Hystopo; Si glutinandum, exhibeat plin-  
tago, bryla pastoris, agrimonia, sumoni,  
tates rubi; Si refrigerandum, folia salicis,  
vitis acetosa, dentis leonis, cieborci, la-  
tuce, et arundinis in usum veniant.

Utendi modus sit, ut calens adhuc lac, et  
accens bibatur, ne autem in ventriculo vel  
acefeat vel in nidorem vertatur, misceri  
potest aliquid mellis, vel sacchari rosati,  
Assumpto lacte quiescat aeger, nec dormiat,  
ne eundem lac in venas trahatur, nec  
post duas vel tres horas cibum assumat.  
Interim hoc sedulo observandum est, quod  
multum febrientibus, caput dolentibus,  
et illis

76.

q puellam  
peperit.

usus lactis,

quantitas

qualitas,

ga quale nutritum  
est, talis nutritum,  
et estale nutritum  
adhibet infans.

utendi modus,



& illis, quibus hypochondria mürmürant,  
lac non sit exhibendum. (Celsus. III. ex  
V. aph. 65.)

Fœtus.

Inter fœtus commendantur hœc passiva,  
fœcus, nûces, & amygdala recentes, assulo  
sacchara & pauca aqua rosata: Pinæ  
etiam dactyli & pistacea

Potus.

Potus sit aqua hordei mûlta: A Vi-  
no abstinentur, vel si ita fert ægri conditio,  
ut eo cavere non possit, exhibeat Caryogocov,  
& multa aqua hordei dilutum.

vino Forest: IV. obs. 4. & S. 66.

Chirurgia.CHIRURGIA.Vena sectio.

In tabidis vena sectioni non est locus,  
nisi forte dñm nondum confirmata est ta-  
bes, integra adhuc vires, Sanguis adhuc copio-  
sus, & reiteratum Sanguinis spûtum aut in-  
festet, aut metuetur. Vel etiam vena sectio  
potest institui, si gravio ab alto casus, vel  
contusio hæmorrhagiam movet, si menses in  
muliere suppressi sunt, & tunc in pedibz  
faciendum, non in brachiis.

<sup>1</sup> a qb. suppositis tabes sord. p̄obriq. melle.  
in ribus et plurimum cœni solent.

Fontanella.

Si destillatio, eaqz serena Tabi castan-  
dederit, & etiamnum perseveret; visibus  
aliquo modo integris ad Fontanellam confu-  
gendum est; per quam solam ejusmodi mor-  
bos & a præstantissimis scriptoribz curatus  
legi & ipse vidi.

Sunt quidam qui Calistricum siltura  
coronali applicant cum successu.

PHARMACIA.Causticum.

X variis in hac  
regio, fit quibus  
in Gallia.

Pharmacia

In curatione tabis tribus prospiciendum  
est, Causa, Morbo, Symptomatibus. de  
Angulis ordino.

Causa.

De curanda quidem causa, nimirum  
disruptione & destillatione serena, capite  
Fœd: de hæmoptylis dictum est. Hoc tanqz  
adlicendum est hoc loco, nullo modo ex se  
ægri esse, ut validis medicamentis corpus  
agitetur

non validis,

agitetur. Potest hoc negotium confici Infu-  
sionem Abei, Manna, Cassia, Thomazyn  
dis mistis cum jusculo, addito Syr: Rosato  
solutio cum Abeo: quia omnia sunt ex beni-  
gniorum medicamentorum classe.

Si in intestinis Saburra cacochymia ha-  
serit, injectus Clyster nices Cathartici sup-  
plebit. Doctis: Capivaccus anidet praeci-  
bens pitu. Coctias, respectu partis mitteutis  
& Capitis: Sed hoc est praeter sententias  
multorum, nec nisi cum integritate ad hoc  
viciu[m] unquam faciendum. Expeditionis  
doctrina gratia tale est MAVORANTIS PO-  
TIONIS exemplum.

℞ Lecti Scabiosa  
Infilagin:  
Liquiritia.  
addendo S. Melonum, &  
Fl. Cordial.

In quibus dissolvit Manna Calabrina ℞i,  
dissol. si. potio. Vel potest eadem  
Manna dissolvi in jusculo Sal: Aysopi &  
Violar. alterato.

Si placet Bolus  
℞ medulla Cassia fistula recent. extracta ℞i  
vel ℞vj pro re nata.  
Pulv. Liquiritia ℞j.  
Saccbari ℞s. si. Bolus.

Vel alternatis etiam vicibus potest injici  
abstergens, refrigerans & laxans talis Clyster.

℞ Hordei integri, ℞j.  
Malva,  
Violaria,  
Bozagin.  
Cichori an M. s.  
Prunor: dulc: contusor: &  
Pashlar: mundat. an paria x.  
S: iv frigidor: major:  
Anisi an ℞i.

Fl: meli

70.

Sed benignis,

Clyster manna

Exempl:

Potionis mi-  
norantis,

Boli

Clysteris,



Fl. Meliloti, ℞j.

℞. omnium decoctio s, a, in juv. pulli, vel in juv. capitis & intestinorum vervecis, in Colatura ℞ij. dissolve Cassia recenter extracta, vel Diacat'sot. ℞ss.

Mel. rosati colati, & Sacchari rubri an ℞ss

Misc. si. Clyster.

Pulv. sisti  
catarrhos.

Dum hanc interposito spatio sicut, interim feminis Catarrhis hoc modo sisti poterit, ad eum effectum validatissimus est Pulvis Vallesij. ℞. S. Papaveris albi ℞ij.

Gummi Arabici,

Fragacanthi, an ℞ij.

S. Portulacae,

Althaeae,

